Digitized by Google

68
13 E
42
LIBRERIA
LEO S. OLSCHKI
L S O
ROMA

Edizione sconosciuta ai Bibliograf. del Blado. —

Digitized by Google

68. 13. E. 42

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



LIBER EVANGELIORVM

SECVNDVM ORDINEM

Fratrum Prædicatorum.

CVM CONCORDANTIIS

ſecundum Romanam curiam.





R O M AE, Apud hæredes Antonij Bladi, Impreſſores Camerales.
Anno. M D LXVII.

Digitized by Google

Digitized by Google

L I B E R
Euangeliorum ſecundum
ordinem Fratrum Predicatorum.
Cum concordantijs ſecundum Romanam curiam.

Dominica prima in Aduentu Domini.

c. 21 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum.



IN illo tempore. Cum appropinquaſſet Jeſus hieroſolymis: ⁊ veniſſet bethphage ad montem oliueti: tunc miſit duos diſcipulos dicens eis. Ite in caſtellum, quod contra vos eſt: ⁊ ſtatim inuenietis aſinam alligatam, ⁊ pullum cum ea. Soluite: ⁊ adducite mihi. Et ſi quis vobis aliquid dixerit: dicite, quia dominus his opus habet: ⁊ confeſtim dimittet eos. Hoc autem totum factū eſt: vt adimpleretur, quod dictū eſt per prophetam dicentē. Dicite filię ſion. Ecce rex tuus venit tibi manſuetus: ſedens ſuper aſinam, ⁊ pullum filium ſubiugalis. Euntes autem diſcipuli, fecerunt ſicut pręcepit illis Jeſus: et adduxerunt aſinam, ⁊ pullū: ⁊ impoſuerunt ſuper eos veſtimenta ſua: ⁊ eum deſuper ſedere fecerunt. Plurima autem turba ſtrauerunt veſtimenta ſua in via. Alij autem cędebant ramos de arboribus: ⁊ ſternebant in via. Turbę autem, quę pręcedebant, ⁊ quę ſequebantur, clamabant dicentes. Oſanna filio dauid. Benedictus qui venit in nomine domini.

Euangelium ſecundum Romanā curiam quære in fra in dominica 2. aduētus.

Dominica ſecunda in Aduentu Domini.

c. 21 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam.

IN illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Erūt ſigna in ſole, ⁊ luna, ⁊ ſtellis: ⁊ in terris preſſura

Euang. ſecundum Ro. cu.

queꝛe infra in dominica 3. Aduētus gentium, pꝛę confuſione ſonitus maris, ⁊ fluctuum: areſcentibus hominibus pꝛę timoꝛe, ⁊ expectatione, quę ſuperuenient vniuerſo oꝛbi. Nam virtutes cęloꝛum mouebuntur. Et tunc videbunt filium hominis venientẽ in nube, cum poteſtate magna, ⁊ maieſtate. His autem fieri incipientibus, reſpicite: ⁊ leuate capita veſtra: quoniam appꝛopinquat redemptio veſtra. Et dixit illis ſimilitudinem. Videte ficulneam, ⁊ omnes arboꝛes: cũ pꝛoducunt iam ex ſe fructum, ſcitis quoniam pꝛope eſt. eſtas. Ita ⁊ vos, cum videritis hęc fieri: ſcitote, quoniam pꝛope eſt regnum dei. Amen dico vobis: quia non pꝛęteribit generatio hęc: donec omnia fiant. Cęlum, ⁊ terra tranſibunt: verba autẽ mea non tranſibunt.

Dominica tertia in Aduentu Domini.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Matthęum. c. 21.

Euang. ſecundum Ro. cu. queꝛe infra in dominica 4. Aduētus

In illo tempoꝛe. Cum audiſſet iohannes in vinculiſ opera Chꝛiſti: mittenſ duoſ ex diſcipuliſ ſuiſ, ait illi. Tu es qui venturus es, an alium expectamus? Et reſpondens Ieſuſ, ait illis. Euntes, renunciate Iohanni, quę audiſtis, ⁊ vidiſtis. Cęci vident: claudi ambulant: lepꝛoſi mundantur: ſurdi audiunt: moꝛtui reſurgunt: pauperes euangelizantur. Et beatus eſt, qui non fuerit ſcandalizatus in me. Illis autem abeuntibus, cępit Ieſus dicere ad turbas de iohanne. Quid exiſtis in deſertum videre? arundinem vento agitatam? Sed quid exiſtis videre? hominem mollibus veſtitum? Ecce, qui mollibuſ veſtiuntur, in domibus regum ſunt. Sed quid exiſtis videre? Pꝛophetam? Etiam dico vobis, ⁊ pluſ quam pꝛophetam. Hic eſt enim, de quo ſcriptum eſt. Ecce mitto angelum meum ante faciem tuã: qui pꝛęparabit viam tuam ante te.

ca. 1 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam.

IN illo tempoꝛe. Miſſus eſt angelus gabꝛiel a deo in ciuitatem galileę, cui nomen nazareth: ad virginem deſponſatam viro, cui nomen erat ioſeph, de domo dauid: ⁊ nomen virginis maria. Et ingreſſus angelus ad eam dixit. Aue gratia plena: dominus tecum: benedicta tu in mulieribus. Quę cum audiſſet, turbata eſt in ſermone eius: ⁊ cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio. Et ait angelus ei. Ne timeas maria: inueniſti enim gratiam apud deum. Ecce concipies in vtero: ⁊ paries filium: ⁊ vocabis nomen eius Jeſum. Hic erit magnus: ⁊ filius altiſſimi vocabitur. Et dabit illi dominus deus ſedem dauid patris eius: ⁊ regnabit in domo iacob in ęternuz: ⁊ regni eius non erit finis. Dixit autem maria ad angelum. Quomodo fiet iſtud: quoniam virũ non cognoſco? Et reſpondens angelus dixit ei. Spiritus ſanctus ſuperueniet in te: ⁊ virtus altiſſimi obũbꝛabit tibi. Ideoqz ⁊ quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur filius dei. Et ecce eliſabeth cognata tua: ⁊ ipſa concepit filium in ſenectute ſua. Et hic menſis eſt ſextus illi, quę vocatur ſterilis: quia non erit impoſſibile apud deum omne verbum. Dixit autem maria. Ecce ancilla domini: fiat mihi ſecundum verbum tuum.

Feria ſexta quatuor temporum in Aduentu Domini.

ca. 1 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam.

IN illo tempoꝛe. Exurgens maria abijt in montana cum feſtinatione in ciuitatem iuda: ⁊ intrauit in domum zacharię: ⁊ ſalutauit eliſabeth. Et factum eſt, vt audiuit ſalutationem marię eliſabeth: exultauit infans in vtero eius. Et repleta eſt ſpiritu ſancto eliſabeth: ⁊ exclamauit voce magna, ⁊ dixit. Benedicta tu inter mulieres: ⁊ benedictus fructus ventris tui.

Et vnde hoc mihi, vt veniat mater domini mei ad me? Ecce enim vt facta eſt vox ſalutationis tuę in auribus meis, exultauit in gaudio infans in vtero meo. Et beata quę credidiſti: quoniam perficientur ea, quę dicta ſunt tibi a domino. Et ait maria. Magnificat anima mea dominum. Et exultauit ſpiritus meus in deo ſalutari meo.

Sabbato quatuor temporum in Aduentu Domini.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam. c. 3.

Anno quintodecimo imperij tyberij cęſaris, procurante pontio pilato iudęam, tetrarcha autem galilęę herode, philippo autem fratre eius tetrarcha ituręę & trachonitidis regionis, & lyſania abilinę tetrarcha, ſub principibus ſacerdotum anna, & caipha: factum eſt verbum domini ſuper iohannem zacharię filium, in deſerto. Et venit in omnem regionem iordanis, prędicans baptiſmum pęnitentię in remiſſionem peccatorum: ſicut ſcriptum eſt in libro ſermonum iſaię prophetę. Vox clamantis in deſerto. Parate viam domini: rectas facite ſemitas eius. Omnis vallis implebitur: & omnis mons, & collis humiliabitur. Et erunt praua in directa: & aſpera in vias planas. Et videbit omnis caro ſalutare dei.

Dominica quarta in Aduentu Domini.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Johannem. c. 1.

Euang. ſecundum vſum Ro. cu. vide ſupra ſabbato 4. temporum.

In illo tempore: Miſerunt iudei ab ieroſolymis ſacerdotes, & leuitas ad iohannem, vt interrogarent eum. Tu quis es? Et confeſſus eſt, & non negauit. Et confeſſus eſt, quia non ſum ego Chriſtus. Et interrogauerunt eum. Quid ergo? Elias es tu? Et dixit. Non ſum. Propheta es tu? Et reſpondit. Non. Dixerunt

runt

runt ergo ei: Quis es, vt reſponſum demus his, qui miſerunt nos? Quid dicis de te ipſo? Ait. Ego vox clamantis in deſerto: dirigite viam domini, ſicut dixit eſaias propheta. Et qui miſſi fuerant, erant ex phariſęis. Et interrogauerunt eum: & dixerunt ei. Quid ergo baptizas, ſi tu non es Chriſtus, neq; elias, neq; propheta? Reſpondit eis iohannes dicens. Ego baptizo in aqua: medius autem veſtrum ſtetit, quem vos neſcitis. Ipſe eſt, qui ante me factus eſt: cuius ego non ſum dignus, vt ſoluam eius corrigiam calciamenti. Hęc in bethania facta ſunt trans iordanem, vbi erat iohannes baptizans.

In vigilia Natiuitatis Domini.

c. 1. Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum.

In illo tempore. Cum eſſet deſponſata mater Ieſu maria ioſeph: antequam conuenirent, inuenta eſt in vtero habens de ſpiritu ſancto. Ioſeph autem vir eius cum eſſet iuſtus, & nollet eam traducere: voluit occulte dimittere eam. Hęc autem eo cogitante, ecce angelus domini in ſomnis apparuit ei dicens. Ioſeph fili dauid, noli timere accipere mariam coniugem tuam. Quod enim in ea natum eſt, de ſpiritu ſancto eſt. Pariet autem filium: & vocabis nomen eius Ieſum. Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum a peccatis eorum.

In nocte Natiuitatis Domini.

c. 2. Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam.

In illo tempore. Exijt edictum a cęſare auguſto, vt deſcriberetur vniuerſus orbis. Hęc deſcriptio prima, facta eſt a preſide ſyrię cyrino. Et ibant omnes vt profiterentur ſinguli in ſuam ciuitatem. Aſcendit autem & ioſeph a galilęa de ciuitate nazareth in iudęam,

Digitized by Google

am, ciuitatem dáuid, quę vocatur bethlehem: eo quod eſſet de domo, & familia dauid: vt profiteretur cum maria deſponſata ſibi vxore prægnante. Factum eſt autem cum eſſent ibi: impleti ſunt dies, vt pareret. Et peperit filium ſuum primogenitum: & pannis eũ inuoluit: & reclinauit eum in præſepio: quia non erat ei locus in diuerſorio. Et paſtores erant in regione eadem vigilantes, & cuſtodientes vigilias noctis ſuper gregem ſuum. Et ecce, angelus domini ſtetit iuxta illos: & claritas dei circumfulſit illos: & timuerunt timore magno. Et dixit illis angelus. Nolite timere. Ecce enim euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo: quia natus eſt vobis hodie ſaluator, qui eſt chriſtus dominus in ciuitate dauid. Et hoc vobis ſignum. Inuenietis infantem pannis inuolutum, & poſitum in præſepio. Et ſubito facta eſt cum angelo multitudo militię cęleſtis, laudantium deum, & dicentium. Gloria in altiſſimis deo: & in terra pax hominibus bonę voluntatis.

In Aurora Natiuitatis Domini

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam. ca. 2

In illo tempore. Paſtores loquebantur adinuicé. Transeamus vſq; bethlehem: & videamus hoc verbum quod factum eſt: quod fecit dominus, & oſtendit nobis. Et venerunt feſtinantes: & inuenerunt mariam, & ioſeph, & infantem poſitum in præſepio. Videntes autem cognouerunt de verbo, quod dictũ erat illis de puero hoc. Et omnes qui audierunt, mirati ſunt: & de his quę dicta erant a paſtoribus ad ipſos. Maria autem conſeruabat omnia verba hęc: conferens in corde ſuo. Et reuerſi ſunt paſtores: glorificantes, & laudantes deum in omnibus quę audierant, & viderant: ſicut dictum eſt ad illos.

Initium

c. 1. Initium ſancti Euangelij ſecundum Iohannem.



IN principio erat verbum: ⁊ verbum erat apud deum: ⁊ deus erat verbum. Hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipſum facta ſunt: ⁊ ſine ipſo factuꝫ eſt nihil. Quod factum eſt, in ipſo vita erat: ⁊ vita erat lux hominuꝫ: ⁊ lux in tenebris lucet: ⁊ tenebrę eam non comprehenderunt. Fuit homo miſſus a deo: cui nomen erat iohannes. Hic venit in teſtimonium, vt teſtimonium perhiberet de lumine: vt omnes crederent per illum. Non erat ille lux: ſed vt teſtimoniuꝫ perhiberet de lumine. Erat lux vera: quę illuminat omnē hominem venienteꝫ in hunc mundum. In mundo erat: ⁊ mundus per ipſum factus eſt: ⁊ mundus eum non cognouit. In propria venit: ⁊ ſui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios dei fieri: his, qui credunt in nomine eius. Qui nō ex ſanguinibus, neqꝫ ex voluntate carnis, neqꝫ ex voluntate viri, ſed ex deo nati ſunt. Et verbū caro factum eſt: ⁊ habitauit in nobis. Et vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti a patre: plenum gratię, ⁊ veritatis.

Dominica infra octauam Natiuitatis Domini.

Euāg. ſanctorum Stephani &c. quære in menſe decēb.

c. 2. Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam.

IN illo tempore. Erant ioſeph, ⁊ maria mater Ieſu mirantes ſuper his, quę dicebantur de illo. Et benedixit illis ſimeon. Et dixit ad mariam matrem eius. Ecce poſitus eſt hic in ruinam: ⁊ in reſurrectionem multorum in iſrael: ⁊ in ſignum cui contra dicetur. Et tuam ipſius animam pertranſibit gladius: vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes. Et erat anna propheteſſa, filia phanuel, de tribu aſer.

Hęc

Dominica infra octaua Natiuitatis Domini.

Hęc proceſſerat in diebus multis: ⁊ vixerat cum viro ſuo annis ſeptem a virginitate ſua. Et hęc vidua erat vſq; ad annos octoginta quatuor: quę non diſcedebat de templo: ieiunijs, ⁊ obſecrationibus ſeruiens die, ac nocte. Et hęc, ipſa hora ſuperueniens, confitebatur domino: ⁊ loquebatur de illo omnibus, qui expectabant redemptionem iſrael. Et vt perfecerunt omnia ſecundum legem domini: reuerſi ſunt in galilęam, in ciuitatem ſuam nazareth. Puer autem creſcebat, ⁊ confortabatur, plenus ſapientia. Et gratia dei erat in illo.

In Circunciſione Domini.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam. ca. 2



In illo tempore. Poſtquam conſummati ſunt dies octo, vt circunciderctur puer: vocatum eſt nomen eius Jeſus. Quod vocatum eſt ab angelo: priuſquam in vtero conciperetur.

In vigilia Epiphaniæ Domini.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Matthęum. ca. 2

In illo tempore. Defuncto herode, ecce angelus domini apparuit in ſomnis ioſeph in egypto, dicens. Surge, ⁊ accipe puerum, ⁊ matrem eius: ⁊ vade in terram iſrael. Defuncti ſunt enim, qui quęrebant animam pueri. Qui conſurgens accepit puerum, ⁊ matrem eius: ⁊ venit in terram iſrael. Audiens autem quod archelaus regnaret in iudęa pro herode patre ſuo: timuit illo ire. Et admonitus in ſomnis, ſeceſſit in partes galilęę. Et veniens habitauit in ciuitate, quę vocatur nazareth: vt adimpleretur quod dictum eſt per prophetas: quoniam nazaręus vocabitur.

Sequentia

c. 2. Sequentia ſancti Euangelii ſecundum Mattheum.



CUm natus eſſet Jeſus in bethleem iudę, in diebus herodis regis: ecce magi ab oriente venerunt hieroſolymam dicentes. Vbi eſt, qui natus eſt, rex iudęorum? Vidimus enim ſtellam eius in oriente: & venimus adorare eum. Audiens aut herodes rex turbatus eſt: & omnis hieroſolyma cum illo. Et congregans omnes principes ſacerdotum, & ſcribas populi: ſciſcitabatur ab eis, vbi Chriſtus naſceretur. At illi dixerunt ei. In bethleem iudę. Sic enim ſcriptum eſt per prophetam. Et tu bethleem terra iuda: ne quaquam minima es in principibus iuda. Ex te enim exiet dux: qui regat populum meum iſrael. Tunc herodes clam vocatis magis: diligenter didicit ab eis tempus ſtellę, quę apparuit eis. Et mittens illos in bethleem, dixit. Ite: & interrogate diligenter de puero: & cum inueneritis, renunciate mihi: vt & ego veniens, adorem eum. Qui cum audiſſent regem, abierunt. Et ecce ſtella quam viderant in oriente, antecedebat eos: vſq; dum veniens, ſtaret ſupra vbi erat puer. Videntes autem ſtellam, gauiſi ſunt gaudio magno valde. Et intrantes domum: inuenerunt puerum cum maria matre eius: et procidentes: adorauerunt eum. Et apertis theſauris ſuis, obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrhā. Et reſponſo accepto in ſomnis, ne redirent ad herodem: per aliam viam reuerſi ſunt in regionem ſuam.

Dominica infra octauam Epiphaniæ.

c. 2. Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam.

IN illo tempore. Cum factus eſſet Jeſus annorum duodecim: aſcendentibus parentibus eius hieroſolymam

Digitized by Google

ſolymam ſecundum conſuetudinem diei feſti: conſumatiſq; diebus, cum redirent: remanſit puer Jeſus in hieruſalem: ⁊ non cognouerunt parentes eius. Exiſtimantes autem illum eſſe in comitatu: venerunt iter diei: ⁊ requirebant eum inter cognatos, ⁊ notos. Et non inuenientes, regreſſi ſunt in hieruſalem, requirentes eum. Et factum eſt poſt triduum: inuenerunt illum in templo ſedentem in medio doctorum: audientem illos, ⁊ interrogantem. Stupebant autem omnes qui eum audiebant, ſuper prudentia, ⁊ reſponſis eius: et videntes, admirati ſunt. Et dixit mater eius ad illum. Fili, quid feciſti nobis ſic? Ecce pater tuus, ⁊ ego dolentes, quęrebamus te. Et ait ad illos. Quid eſt, quod me quęrebatis? Neſciebatis: quia in his, quę patris mei ſunt, oportet me eſſe? Et ipſi non intellexerunt verbū, quod locutus eſt ad illos. Et deſcendit cum eis: ⁊ venit nazareth: ⁊ erat ſubditus illis. Et mater eius conſeruabat omnia verba hęc: conferens in corde ſuo. Et Jeſus proficiebat ſapientia, ętate, ⁊ gratia apud deum, ⁊ homines.

In octaua Epiphaniæ.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Matthęum. c. 3

In illo tempore. Venit Jeſus a galilęa in iordanem ad ioannem: vt baptizaretur ab eo. Joannes autem prohibebat eum dicens. Ego a te debeo baptizari: ⁊ tu venis ad me? Reſpondens autem Jeſus, dixit ei. Sine modo: ſic enim decet nos implere omnem iuſtitiam. Tunc dimiſit eum. Baptizatus autem Jeſus, confeſtim aſcendit de aqua. Et ecce aperti ſunt ei cęli: ⁊ vidit ſpiritum dei deſcendentem ſicut columbam, ⁊ venientem ſuper ſe. Et ecce vox de cęlis dicens. Hic eſt filius meus dilectus: in quo mihi cōplacui.

e. 1. Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Johannem.

In illo tempore. Vidit iohannes Jeſum venientem ad ſe, & ait. Ecce agnus dei: ecce qui tollit peccata mundi. Hic eſt, de quo dixi. Poſt me venit vir, qui ante me factus eſt: qui prior me erat: & ego neſciebam eum. Sed vt manifeſtetur in iſrael: propterea veni ego in aqua baptizans. Et teſtimonium perhibuit iohannes dicens. Quia vidi ſpiritum deſcendentem quaſi columbam de cęlo: & manſit ſuper eum: & ego neſciebam eum. Sed qui miſit me baptizare in aqua: ille mihi dixit. Super quem videris ſpiritum deſcendentem, & manentem ſuper eum: hic eſt, qui baptizat in ſpiritu ſancto. Et ego vidi, & teſtimonium perhibui: quia hic eſt filius dei.

Dominica prima poſt octauam Epiphaniæ.

e. 2. Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Johannem.

In illo tempore. Nuptię factę ſunt in chana galilęę: & erat mater Jeſu ibi. Vocatus eſt autem Jeſus, & diſcipuli eius ad nuptias. Et deficiente vino, dicit mater Jeſu ad eum. Vinum non habent. Dicit ei Jeſus. Quid mihi, & tibi eſt mulier? nondum venit hora mea. Dicit mater eius miniſtris. Quod cunque dixerit vobis, facite. Erant autem ibi lapideę hydrię ſex poſitę ſecundum purificationem iudęorum: capientes ſingulę metretas binas, vel ternas. Dicit eis Jeſus. Implete hydrias aqua. Et impleuerunt eas vſque ad ſummum. Et dicit eis Jeſus. Haurite nunc: & ferte architriclino. Et tulerunt. Vt autem guſtauit architriclinus aquam, vinum factum: & non ſciebat vnde eſſet: miniſtri autem ſciebant, qui hauſerant aquam: vocat ſponſum architriclinus: & dicit ei. Omnis homo,

mo primum bonum vinum ponit: ⁊ cum inebriati fuerint: tunc id, quod deterius eſt. Tu autem ſeruaſti bonum vinum vſq; adhuc. Hoc fecit initium ſignorum Ieſus in chana galileę: ⁊ manifeſtauit gloriam ſuam. Et crediderunt in eum diſcipuli eius.

Dominica ſecunda poſt octauam Epiphaniæ.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum. a. 8

In illo tempore. Cum deſcendiſſet Ieſus de monte: ſecutę ſunt eum turbę multę. Et ecce leproſus veniens, adorabat eum dicens. Domine, ſi vis, potes me mundare. Et extendens Ieſus manum tetigit eum dicens. Volo: mundare. Et confeſtim mundata eſt lepra eius. Et ait illi Ieſus. Vide, nemini dixeris: ſed vade, oſtende te ſacerdoti: ⁊ offer munus, quod pręcepit Moyſes in teſtimonium illis. Cum autem introiſſet capharnaum acceſſit ad eum centurio: rogans eum, ⁊ dicens. Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, ⁊ male torquetur. Et ait illi Ieſus. Ego veniam: ⁊ curabo eum. Et reſpondens centurio, ait. Domine, non ſum dignus vt intres ſub tectum meũ: ſed tantum dic verbo, ⁊ ſanabitur puer meus. Nam ⁊ ego homo ſum, ſub poteſtate conſtitutus: habens ſub me milites. Et dico huic, vade, ⁊ vadit: ⁊ alio, veni, ⁊ venit: ⁊ ſeruo meo, fac hoc, ⁊ facit. Audiens autem Ieſus miratus eſt: ⁊ ſequentibus ſe dixit. Amen dico vobis: non inueni tantam fidem in iſrael. Dico autem vobis: quod multi ab oriente, ⁊ occidente venient: ⁊ recumbent cum abraam, iſaac, ⁊ iacob in regno cęlorum: filij autem regni, eijcientur in tenebras exteriores. Ibi erit fletus, ⁊ ſtridor dentium. Et dixit Ieſus centurioni. Vade: ⁊ ſicut credidiſti fiat tibi. Et ſanatus eſt puer in illa hora.

c. 8 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum.

In illo tempore: Aſcendente Jeſu in nauiculam ſecuti ſunt eum diſcipuli eius. Et ecce motus magnus factus eſt in mari: ita vt nauicula operiretur fluctibus. Ipſe vero dormiebat. Et acceſſerunt: ⁊ ſuſcitauerunt eum dicentes. Domine, ſalua nos: perimus, Et dicit eis Jeſus. Quid timidi eſtis modicę fidei? Tunc ſurgens imperauit ventis, ⁊ mari: ⁊ facta eſt tranquillitas magna. Porro homines mirati ſunt dicentes. Qualis eſt hic: quia venti, ⁊ mare obediunt ei?

Dominica quarta poſt octauam Epiphaniæ.

c. 13 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum.

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Simile factum eſt regnum cęlorum homini, qui ſeminauit bonum ſemen in agro ſuo. Cum autem dormirent homines: venit inimicus eius: ⁊ ſuperſeminauit zizania in medio tritici: ⁊ abijt. Cum autem creuiſſet herba, ⁊ fructum feciſſet: tunc apparuerunt ⁊ zizania. Accedentes autem ſerui patriſfamilias, dixerunt ei. Domine, nonne bonum ſemen ſeminaſti in agro tuo? Vnde ergo habet zizania? Et ait illis. Inimicus homo hoc fecit. Serui autē dixerunt ei. Vis, imus, ⁊ colligimus ea? Et ait. Non: ne forte colligentes zizania: eradicetis ſimul cū eis ⁊ triticū. Sinite vtraqꝫ creſcere vſqꝫ ad meſſem: ⁊ in tempore meſſis dicam meſſoribus. Colligite primum zizania: ⁊ alligate ea in faſciculos ad comburendum, triticum autem congregate in horreum meum.

Dominica quinta poſt octauam Epiphanię.

Sicut in precedenti Dominica.

Dominica in Septuageſima.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum. c.2a.

IN illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Simile eſt regnum cęlorum homini patrifamilias: qui exijt primo mane conducere operarios in vineam ſuam. Conuentione autem facta cum operariis ex denario diurno: miſit eos in vineam ſuam. Et egreſſus circa horam tertiam: vidit alios ſtantes in foro ocioſos: ⁊ dixit illis. Ite ⁊ vos in vineam meã: ⁊ quod iuſtum fuerit, dabo vobis. Illi autem abierunt. Iterum autem exijt circa ſextam, ⁊ nonam horã: ⁊ fecit ſimiliter. Circa vndecimam vero exijt: ⁊ inuenit alios ſtantes: ⁊ dicit illis. Quid hic ſtatis, tota die ocioſi? Dicunt ei. Quia nemo nos conduxit. Dicit illis. Ite ⁊ vos in vineam meam. Cum ſero autem factum eſſet: dicit dominus vineę procuratori ſuo. Voca operarios: ⁊ redde illis mercedem: incipiens a nouiſſimis, vſq; ad primos. Cum veniſſent ergo, qui circa vndecimam horam venerant: acceperunt ſingulos denarios. Venientes autem ⁊ primi: arbitrati ſunt, quod plus eſſent accepturi. Acceperunt autem ⁊ ipſi ſingulos denarios. Et accipientes, murmurabant aduerſum patrem familias, dicentes. Hi nouiſſimi vna hora fecerunt: ⁊ pares illos nobis feciſti: qui portauimus pondus diei, ⁊ ęſtus? At ille reſpondens vni eorum dixit. Amice, non facio tibi iniuriam. Nonne ex denario conueniſti mecum? Tolle quod tuum eſt: ⁊ vade. Volo autem ⁊ huic nouiſſimo dare ſicut ⁊ tibi. An non licet mihi quod volo facere? An oculus tuus nequam eſt: quia ego bonus ſum? Sic erunt nouiſſimi primi: ⁊ primi nouiſſimi. Multi enim ſunt vocati: pauci vero electi.

Sequentia

c. 8 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam.

IN illo tempore. Cum turba plurima conueniret: & de ciuitatibus properarent ad Ieſum: dixit per ſimilitudinem. Exijt qui ſeminat ſeminare ſemen ſuum. Et dum ſeminat: aliud cecidit ſecus viam, & conculcatū eſt: & volucres cęli comederunt illud. Et aliud cecidit ſupra petram: & natum aruit: quia non habebat humorē. Et aliud cecidit inter ſpinas: & ſimul exortę ſpinę ſuffocauerunt illud. Et aliud cecidit in terram bonam: & ortū, fecit fructum centuplum. Hęc dicens, clamabat. Qui habet aures audiendi, audiat. Interrogabant autem eum diſcipuli eius: quę eſſet hęc parabola. Quibus ipſe dixit. Vobis datum eſt noſſe myſterium regni dei: cęteris autem in parabolis: vt videntes non videant: & audientes non intelligant. Eſt autem hęc parabola. Semen, eſt verbum dei. Quod autem ſecus viam: hi ſunt qui audiunt: deinde venit diabolus, & tollit verbum de corde eorum: ne credentes ſalui fiant. Nam qui ſupra petram: hi ſunt, qui cum audierint, cum gaudio ſuſcipiunt verbū. Et hi radices non habent: quia ad tempus credunt: & in tempore tentationis recedunt. Quod autem in ſpinis cecidit: hi ſunt qui audierunt: & a ſolicitudinibus, & diuitijs, & voluptatibus vitę, euntes ſuffocantur: & non referunt fructum. Quod autem in terram bonam: hi ſunt, qui in corde bono, & optimo audientes, verbum retinent: et fructum afferunt in patientia.

Dominica in Quinquageſima.

c. 18 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam.

IN illo tempore. Aſſumpſit Ieſus duodecim diſcipulos ſuos: & ait illis. Ecce aſcendimus hieroſolymā: & conſumabuntur omnia, quę ſcripta ſunt per prophetas

pꝛophetas de filio hominis. Tradetur enim gentibus: ⁊ illudetur: ⁊ flagellabitur: ⁊ conſpuetur. Et poſtquaꝫ flagellauerint, occident eum: ⁊ tertia die reſurget. Et ipſi nihil hoꝛum intellexerunt. Et erat verbum iſtud abſconditum ab eis: ⁊ non intelligebant: quę dicebantur. Factum eſt autem cum appꝛopinquaret hierico: cęcus quidam ſedebat ſecus viam mendicans. Et cum audiret turbam pꝛetereuntem: interrogabat quid hoc eſſet. Dixerunt autem ei: quod Jeſus nazarenus tranſiret. Et clamauit dicens. Jeſu fili dauid, miſerere mei. Et qui pꝛęibant: increpabant eum vt taceret. Ipſe vero multo magis clamabat. Fili dauid, miſerere mei. Stans autem Jeſus: iuſſit illum adduci ad ſe. Et cum appꝛopinquaſſet: interrogauit illum dicens. Quid tibi vis faciaꝫ? At ille dixit. Domine, vt videam. Et Jeſus dixit illi. Reſpice: fides tua te ſaluum fecit. Et confeſtim vidit: ⁊ ſequebatur illum magnificans deum. Et omnis plebs vt vidit: dedit laudem deo.

Feria quarta in capite ieiunii.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum. c. 6.

In illo tempoꝛe. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Cũ ieiunatis, nolite fieri ſicut hypocritę triſtes. Exterminant enim facies ſuas: vt appaꝛeant hominibus ieiunantes. Amen dico vobis: receperunt mercedem ſuam. Tu autem cum ieiunas: vnge caput tuum: ⁊ faciem tuam laua: ne videaris hominibus ieiunans: ſed patri tuo, qui eſt in abſcondito. Et pater tuus qui videt in abſcondito: reddet tibi. Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra: vbi erugo, ⁊ tinea demolitur: ⁊ vbi fures effodiunt, ⁊ furantur. Theſaurizate autem vobis theſauros in cęlo: vbi neque erugo, neqꝫ tinea demolitur:

Digitized by Google

tur: ⁊ vbi fures non effodiunt: nec furantur. Vbi eſt enim theſaurus tuus: ibi eſt ⁊ cor tuum.

Feria quinta in capite ieiunii.

c. 8. Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum.

In illo tempore. Cum introiſſet Ieſus capharnaum: acceſſit ad eum centurio, rogans eum, ⁊ dicens. Domine, puer meus iacet in domo paralyticus: ⁊ male torquetur. Et ait illi Ieſus. Ego veniam: ⁊ curabo euꝫ. Et reſpondens centurio, ait. Domine, non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum: ſed tantuꝫ dic verbo: ⁊ ſanabitur puer meus. Nam ⁊ ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus: habens ſub me milites. Et dico huic: vade, ⁊ vadit: ⁊ alio, veni, ⁊ venit: ⁊ ſeruo meo, fac hoc, ⁊ facit. Audiens autem Ieſus miratus eſt: ⁊ ſequentibus ſe dixit. Amen dico vobis: non inueni tantam fidem in iſrael. Dico autem vobis: quod multi ab oriente, ⁊ occidente venient: ⁊ recumbent cum abraham, iſaac, ⁊ iacob in regno celorum. Filij autem regni eijcientur in tenebras exteriores. Ibi erit fletus, ⁊ ſtridor dentium. Et dixit Ieſus centurioni. Vade: ⁊ ſicut credidiſti fiat tibi. Et ſanatus eſt puer in illa hora.

Feria ſexta in capite ieiunii.

c. 5. Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum.

In illo tempore. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Audiſtis, quia dictum eſt antiquis. Diliges proximum tuum: ⁊ odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis. Diligite inimicos veſtros: benefacite his, qui vos oderunt: ⁊ orate pro perſequentibus vos:

E vt

vt ſitis filij patris veſtri, qui in celis eſt: qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos, ⁊ malos: ⁊ pluit ſuper iuſtos, ⁊ iniuſtos. Si enim diligitis eos, qui vos diligunt: quã mercedem habebitis? Nonne ⁊ publicani hoc faciunt? Et ſi ſalutaueritis fratres veſtros tantum: quid amplius facietis? Nonne ⁊ ethnici hoc faciunt? Eſtote ergo vos perfecti: ſicut ⁊ pater veſter celeſtis perfectus eſt. Attendite, ne iuſtitiam veſtram faciatis corã hominibus: vt videamini ab eis. Alioquin mercedem non habebitis apud patrem veſtrum, qui in celis eſt. Cum ergo facis eleemoſynam: noli tuba canere ante te, ſicut hypocritę faciunt in ſynagogis, ⁊ in vicis: vt honorificentur ab hominibus. Amen dico vobis: receperunt mercedem ſuam. Te autem faciente eleemoſynam: neſciat ſiniſtra tua, quid faciat dextera tua: vt ſit eleemoſyna tua in abſcondito. Et pater tuus, qui videt in abſcondito: reddet tibi. Et cum oratis: non eritis ſicut hypocritę: qui amant in ſynagogis, ⁊ in angulis platearum ſtantes orare: vt videantur ab hominibus. Amen dico vobis: receperunt mercedem ſuam. Tu autem cum oraueris: intra in cubiculum tuum: ⁊ clauſo oſtio tuo, ora patrẽ tuum in abſcondito. Et pater tuus, qui videt in abſcondito, reddet tibi.

Sabbato in capite ieiunii.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Marcum. c. 6.

In illo tempore. Cum ſero eſſet factum: erat nauis in medio mari: ⁊ Jeſus ſolus in terra. Et videns eos laborantes in remigando: erat enim ventus contrarius eis. Et circa quartam vigiliã noctis venit ad eos, ambulans ſuper mare: ⁊ volebat pręterire eos. At illi, vt viderunt eum ambulantem ſuper mare: putauerunt phantaſma eſſe: et exclamauerunt. Omnes enim eum viderunt:

viderunt: ⁊ conturbati ſunt. Et ſtatim locutus eſt cum eis: ⁊ dixit illis. Confidite. Ego ſum: nolite timere. Et aſcendit ad illos in nauim: ⁊ ceſſauit ventus. Et plus magis intra ſe ſtupebant. Non enim intellexerant de panibus. Erat enim coꝛ eoꝛum obcęcatum. Et cũ transfretaſſet: peruenerunt in terram geneſareth: ⁊ applicuerunt. Cumq; egreſſi eſſent de naui: continuo cognouerunt eum. Et percurrentes vniuerſam regionẽ illam: cęperunt in grabatis eos qui ſe male habebant circunferre, vbi audiebant eum eſſe. Et quocunq; introibat: in vicos, vel in villas, aut ciuitates: in plateis ponebant infirmos: ⁊ depꝛecabantur eum: vt vel fimbꝛiam veſtimenti eius tangerent. Et quotquot tangebant eum: ſalui fiebant.

Dominica prima in Quadrageſima.

c.4 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum.

In illo tempoꝛe. Ductus eſt Jeſus in deſertum a ſpiritu: vt tentaretur a diabolo. Et cum ieiunaſſet quadraginta diebus ⁊ quadraginta noctibus: poſtea eſuriit. Et accedens tentatoꝛ, dixit ei. Si filius dei es: dic, vt lapides iſti panes fiant. Qui reſpondẽs dixit. Scriptum eſt. Non in ſolo pane viuit homo: ſed in omni verbo, quod pꝛocedit de oꝛe dei. Tunc aſſumpſit eum diabolus in ſanctam ciuitatem: ⁊ ſtatuit eum ſupꝛa pinnaculum templi: ⁊ dixit ei. Si filius dei es: mitte te deoꝛſum. Scriptũ eſt enim: quia angelis ſuis mandauit de te: ⁊ in manibus tollent te: ne foꝛte offendas ad lapidem pedem tuum. Ait illi Jeſus rurſum. Scriptum eſt. Non tentabis dominum deum tuum. Jterum aſſumpſit eum diabolus in montem excelſum valde: ⁊ oſtendit ei omnia regnã mundi

⁊ gloꝛiam eoꝛum: ⁊ dixit illi. Hec omnia tibi dabo: ſi cadens adoꝛaueris me. Tunc dicit ei Jeſus. Vade ſathana. Scriptum eſt enim. Dominum deum tuum adoꝛabis: ⁊ illi ſoli ſeruies. Tunc reliquit eum diabolus. Et ecce angeli acceſſerunt: ⁊ miniſtrabant ei.

Feria ii poſt Domincam i Quadrageſimæ.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum. c.25

In illo tempoꝛe. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Cuꝫ venerit filius hominis in maieſtate ſua: ⁊ omnes angeli eius cum eo: tunc ſedebit ſuper ſedem maieſtatis ſuę. Et congregabuntur ante eum omnes gentes. Et ſeparabit eos ab inuicem: ſicut paſtoꝛ ſegregat oues ab hędis. Et ſtatuet oues quidem a dextris ſuis: hędos autem a ſiniſtris. Tunc dicet rex his, qui a dextris eius erunt. Venite benedicti patris mei: poſſidete paratum vobis regnum a conſtitutione mundi. Eſuriui enim: ⁊ dediſtis mihi manducare. Sitiui: ⁊ dediſtis mihi bibere. Hoſpes eram: ⁊ collegiſtis me. Nudus: ⁊ cooperuiſtis me. Infirmus: ⁊ viſitaſtis me. In carcere eraꝫ: ⁊ veniſtis ad me. Tunc reſpondebunt ei iuſti, dicentes. Domine, quando te vidimus eſurientem: ⁊ pauimus te? ſitientem: ⁊ dedimus tibi potum? Quando auteꝫ te vidimus hoſpitem: ⁊ collegimus te? aut nudum: ⁊ cooperuimus te? Aut quando te vidimus infirmum: aut in carcere: ⁊ venimus ad te? Et reſpondens rex, dicet illis. Amen dico vobis: quandiu feciſtis vni de his fratribus meis minimis: mihi feciſtis. Tunc dicet ⁊ his, qui a ſiniſtris eius erunt. Diſcedite a me maledicti in ignem ęternum: qui paratus eſt diabolo, ⁊ angelis eius. Eſuriui enim: ⁊ non dediſtis mihi manducare. Sitiui: ⁊ non dediſtis mihi potum. Hoſpes eram: ⁊ non collegiſtis me. Nudus: ⁊ non cooperuiſtis me.

Infirmus: ⁊ incarcere: ⁊ non viſitaſtis me. Tunc reſpondebunt ei ⁊ ipſi, dicentes. Domine, quando te vidimus eſurientem, aut ſitientem, aut hoſpitem, aut nudum, aut infirmum, vel in carcere: ⁊ non miniſtrauimus tibi? Tunc reſpondebit illis, dicens. Amen dico vobis: quandiu non feciſtis vni de minoribus his: nec mihi feciſtis. Et ibunt hi in ſupplicium ęternum: iuſti autem in vitam ęternam.

Feria iii poſt Dominicam i Quadrageſimæ.

c.22 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum.

In illo tempore. Cum intraſſet Ieſus hieroſolymam: commota eſt vniuerſa ciuitas, dicens. Quis eſt hic? Populi autem dicebant. Hic eſt Ieſus propheta, a nazareth galilęę. Et intrauit Ieſus in templum dei: ⁊ eijciebat omnes vendentes, ⁊ ementes in templo: ⁊ menſas nummulariorum, ⁊ cathedras vendentium columbas euertit. Et dicit eis. Scriptum eſt. Domus mea, domus orationis vocabitur: vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum. Et acceſſerunt ad eum cęci ⁊ claudi in templo: ⁊ ſanauit eos. Videntes autem principes ſacerdotum, ⁊ ſcribę mirabilia, quę fecit: ⁊ pueros clamantes in templo, ⁊ dicentes: oſanna filio dauid: indignati ſunt, ⁊ dixerunt ei. Audis quid iſti dicunt? Ieſus autem dixit eis. Vtiqȝ. Nunquam legiſtis: quia ex ore infantium, ⁊ lactentium perfeciſti laudem? Et relictis illis, abijt foras extra ciuitatem in bethaniam. Ibiqȝ docebat eos de regno dei.

Feria iiii quatuor temporum.

c.12 Sequentia ſancti Euangelii ſecundum Mattheum.

In illo tempore. Acceſſerunt ad Ieſum ſcribę, ⁊ phariſei, dicentes. Magiſter, volumus a te ſignũ

videre. Qui respondens ait illis. Generatio mala & adultera, ſignum querit: & ſignum non dabitur ei, niſi ſignum ionę prophetę. Sicut enim fuit ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus: ſic erit filius hominis in corde terrę, tribus diebus, & tribus noctibus. Viri niniuitę ſurgent in iudicio cum generatione iſta, & condemnabunt eam: quia pęnitentiam egerunt in prędicatione ionę. Et ecce pluſquam ionas hic. Regina auſtri ſurget in iudicio cum generatione iſta: & condemnabit eam: quia venit a finibus terrę audire ſapiētiam ſalomonis. Et ecce pluſquam ſalomon hic. Cū autem inmundus ſpiritus exierit ab homine: ambulat per loca arida: quęrens requiem: & non inuenit. Tūc dicit. Reuertar in domum meam, vnde exiui. Et veniens: inuenit eam vacantem: ſcopis mundatam, & ornatam. Tunc vadit, & aſſumit ſeptem alios ſpiritus ſecum, nequiores ſe: & intrantes habitant ibi. Et fiunt nouiſſima hominis illius peiora prioribus. Sic erit, & generationi huic peſſimę. Adhuc eo loquente ad turbas: ecce mater eius, & fratres ſtabant foris: quęrentes loqui ei. Dixit autem ei quidam. Ecce mater tua, & fratres tui foris ſtant: quęrentes te. At ipſe reſpondens dicenti ſibi, ait. Quę eſt mater mea? & qui ſunt fratres mei? Et extendens manum in diſcipulos ſuos, dixit. Ecce mater mea, & fratres mei. Quicūqȝ enim fecerit voluntatem patris mei qui in cęlis eſt: ipſe, meus frater, & ſoror, & mater eſt.

Feria v poſt Dominicam i Quadrageſimæ.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Johannem. c. 8.

Euang. ſecundum Ro. Cu.

In illo tempore. Dicebat Jeſus ad eos, qui crediderunt ei, iudęos. Si vos manſeritis in ſermone meo:

ne meo: vere diſcipuli mei eritis. Et cognoſcetis veritatem: ⁊ veritas liberabit vos. Reſpōderunt ei. Semen abrahę ſumus: ⁊ nemini ſeruiuimus vnquam. Quomodo tu dicis, liberi eritis? Reſpondit eis Ieſus. Amen amen dico vobis: quia omnis, qui facit peccatum: ſeruus eſt peccati. Seruus autem non manet in domo in ęternum: filius autem manet in ęternū. Si ergo vos filius liberauerit: vere liberi eritis. Scio quia filij abrahę eſtis. Sed quęritis me interficere: quia ſermo meus non capit in vobis. Ego quod vidi apud patrem meum, loquor: ⁊ vos quę vidiſtis apud patrem veſtrum, facitis. Reſponderunt, ⁊ dixerunt ei. Pater noſter, abraham eſt. Dicit eis Ieſus. Si filij abrahę eſtis: opera abrahę facite. Nunc autem quęritis me interficere, hominem, qui veritatem locutus ſuʒ vobis: quam audiui a deo. Hoc abraham non fecit. Vos facitis opera patris veſtri. Dixerunt itaqʒ ei. Nos ex fornicatione non ſumus nati: vnum patrem habemus deum. Dixit ergo eis Ieſus. Si deus pater veſter eſſet: diligeretis vtiqʒ me. Ego enim ex deo proceſſi: ⁊ veni. Neqʒ enim a me ipſo veni: ſed ille me miſit. Quare loquelam meam non cognoſcitis? Quia non poteſtis audire ſermonem meum. Vos ex patre diabolo eſtis: ⁊ deſideria patris veſtri vultis facere. Ille, homicida erat ab initio: ⁊ in veritate non ſtetit: quia non eſt veritas in eo. Cum loquitur mendacium: ex proprijs loquitur: quia mendax eſt ⁊ pater eius. Ego autem quia veritatem dico: non creditis mihi.

quære infra in Dominica 2 in Quad.

Feria vi quatuor Temporum.

c. 5. Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Iohannem.

IN illo tempore. Erat dies feſtus iudęorum: ⁊ aſcendit Ieſus hieroſolymam. Eſt autem hiero-

ſolymis

ſolymis pꝛobatica piſcina: quę cognominatur hębꝛaice bethſaida, quinqꝫ poꝛticus habens. In his iacebat multitudo magna languentium: cęcoꝛum, claudoꝛum, aridoꝛum, expectantium aquę motum. Angelus autem domini ſecundum tempus deſcendebat in piſcinaꝫ: ⁊ mouebatur aqua. Et qui pꝛioꝛ deſcendiſſet in piſcinam poſt motionem aquę: ſanus fiebat a quacunqꝫ detinebatur infirmitate. Erat autem quidam homo ibi: triginta ⁊ octo annos habens in infirmitate ſua. Hunc cum vidiſſet Jeſus iacentem: ⁊ cognouiſſet, quia iam multum tempus haberet: dicit ei. Vis ſanus fieri? Reſpondit ei languidus. Domine, hominem non habeo: vt cum conturbata fuerit aqua: mittat me in piſcinam. Dum venio enim ego: alius ante me deſcendit. Dicit ei Jeſus. Surge: tolle grabatum tuum: ⁊ ambula. Et ſtatim ſanus factus eſt homo: ⁊ ſuſtulit grabatum ſuum: ⁊ ambulabat. Erat autem ſabbatum in illa die. Dicebant ergo iudęi, illi qui ſanatus fuerat. Sabbatum eſt: non licet tibi tollere grabatum tuum. Reſpondit eis. Qui me ſanum fecit: ille mihi dixit: tolle grabatum tuum: ⁊ ambula. Interrogauerunt ergo eum. Quis eſt homo ille, qui dixit tibi: tolle grabatum tuuꝫ, ⁊ ambula? Is autem qui ſanus fuerat effectus: neſciebat quis eſſet. Jeſus autem declinauit a turba conſtituta in loco. Poſtea inuenit eum Jeſus in templo: ⁊ dixit illi. Ecce, ſanus factus es: iā noli peccare: ne deterius tibi aliquid contingat. Abijt ille homo: ⁊ nunciauit iudęis: quia Jeſus eſſet, qui fecit eum ſanum.

Sabbato quatuor Temporum.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Matthęum. c.17

IN illo tempoꝛe: Aſſumpſit Jeſus petrum, ⁊ iacobum, ⁊ iohannem fratrem eius: ⁊ duxit illos

in

in montem excelſum ſeorſum: & transfiguratus eſt ante eos. Et reſplenduit facies eius ſicut ſol: veſtimenta autem eius facta ſunt alba ſicut nix. Et ecce apparuerunt eis moyſes & elias: cum eo loquentes. Reſpondens autem petrus: dixit ad Jeſum. Domine, bonum eſt nos hic eſſe. Si vis: faciamus hic tria tabernacula. Tibi vnum: moyſi vnum: & eliæ vnum. Adhuc eo loquente: ecce nubes lucida obumbrauit eos. Et ecce vox de nube dicens. Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Ipſum audite. Et audientes diſcipuli, ceciderunt in faciem ſuam: & timuerunt valde. Et acceſſit Jeſus & tetigit eos: dixitq; eis. Surgite: & nolite timere. Leuantes autem oculos ſuos: neminem viderunt, niſi ſolum Jeſum. Et deſcendentibus illis de monte, præcepit Jeſus: dicens. Nemini dixeritis viſionem: donec filius hominis a mortuis reſurgat.

Dominica ſecunda in Quadrageſima.

c.15. Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Matthæum.

In illo tempore. Egreſſus Jeſus ſeceſſit in partes Tyri, & Sydonis. Et ecce mulier chananea, a finibus illis egreſſa: clamauit, dicens ei. Miſerere mei domine, fili dauid: filia mea male a dæmonio vexatur. Qui non reſpondit ei verbum. Et accedentes diſcipuli eius: rogabant eum, dicentes. Dimitte eam: quia clamat poſt nos: Ipſe autem reſpondens, ait. Non ſum miſſus, niſi ad oues: quæ perierunt domus iſrael. At illa venit: & adorauit eum, dicens. Domine, adiuua me. Qui reſpondens, ait. Non eſt bonum ſumere panem filiorum: & mittere canibus. At illa dixit. Etiam domine. Nam & catelli edunt de micis: quæ cadunt de menſa dominorum ſuorum. Tunc reſpondens Jeſus: ait illi.

Euang. ſecundum Ro. Cu. quære in præcedēte ſabbato.

O mulier: magna eſt fides tua. Fiat tibi ſicut vis. Et ſanata eſt filia eius, ex illa hora.

Feria ii poſt Dominicam ii Quadrageſimæ.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Johannem. c.8

In illo tempore. Dixit Jeſus turbis iudęorum. Ego vado, ꝛ quęretis me: ꝛ in peccato veſtro moriemini. Quo ego vado: vos non poteſtis venire. Dicebant ergo iudęi. Nunquid interficiet ſemetipſuꝫ: quia dicit: quo ego vado, vos non poteſtis venire? Et dicebat eis. Vos de deorſum eſtis: ego de ſupernis ſum. Vos de mundo hoc eſtis: ego non ſum de hoc mundo. Dixi ergo vobis: quia moriemini in peccatis veſtris. Si enim non credideritis, quia ego ſum: moriemini in peccato veſtro. Dicebant ergo ei. Tu quis es? Dixit eis Jeſus. Principium: qui ꝛ loquor vobis. Multa habeo de vobis loqui, ꝛ iudicare: ſed qui miſit me, verax eſt. Et ego quę audiui ab eo: hęc loquor in mundo. Et non cognouerunt: quia patrem eius dicebat deum. Dixit ergo eis Jeſus. Cum exaltaueritis filium hominis: tunc cognoſcetis quia ego ſum: ꝛ a meipſo facio nihil: ſed ſicut docuit me pater, hęc loquor. Et qui me miſit mecum eſt: ꝛ non reliquit me ſolum: quia ego quę placita ſunt ei, facio ſemper.

Feria iii poſt Dominicam ii Quadrageſimæ.

Sequentia ſancti Euangelii ſecundum Matthęum. c.23

In illo tempore. Locutus eſt Jeſus ad turbas, ꝛ ad diſcipulos ſuos: dicens. Super cathedram moyſi ſederunt ſcribę, ꝛ phariſęi. Omnia ergo quęcunqꝫ dixerint vobis: ſeruate, ꝛ facite. Secunduꝫ vero

opera eorum, nolite facere. Dicunt enim: ⁊ non faciũt: Alligant enim onera grauia, ⁊ importabilia: ⁊ imponũt in humeros hominum: digito autem ſuo nolunt ea mouere. Omnia vero opera ſua faciunt: vt videantur ab hominibus. Dilatant enim phylacteria ſua: ⁊ magnificant fimbrias. Amant autem primos recubitus in cęnis: ⁊ primas cathedras in ſynagogis: ⁊ ſalutationes in foro: ⁊ vocari ab hominibus rabbi. Vos autem nolite vocari rabbi. Vnus eſt enim magiſter veſter: omnes autem vos, fratres eſtis. Et patrem nolite vocare vobis ſuper terram. Vnus eſt enim pater veſter: qui in cęlis eſt. Nec vocemini magiſtri: quia magiſter veſter vnus eſt Chriſtus. Qui maior eſt veſtrum: erit miniſter veſter. Qui autem ſe exaltauerit, humiliabitur: ⁊ qui ſe humiliauerit, exaltabitur.

Feria iiii poſt Dominicam ii Quadrageſimæ.

c.20 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Matthęum.

IN illo tempore. Aſcendens Ieſus hieroſolymã: aſſumpſit duodecim diſcipulos ſuos ſecreto: ⁊ ait illis. Ecce aſcendimus hieroſolymam: ⁊ filius hominis tradetur principibus ſacerdotum, ⁊ ſcribis: ⁊ condemnabunt eum morte. Et tradent eum gentibus ad illudendum: ⁊ flagellandum: ⁊ crucifigendum. Et tertia die reſurget. Tunc acceſſit ad eum mater filiorum zebedei cum filijs ſuis: adorans, ⁊ petens aliquid ab eo. Qui dixit ei. Quid vis? Ait illi. Dic, vt ſedeant hi duo filij mei: vnus ad dexteram tuam: ⁊ vnus ad ſiniſtram, in regno tuo. Reſpondens autem Ieſus, dixit. Neſcitis quid petatis. Poteſtis bibere calicem: quem ego bibiturus ſum? Dicunt ei. Poſſumus. Ait illis. Calicem quidem meum bibetis: ſedere autem ad dexte

ram meam, ⁊ ad ſiniſtram: non eſt meum dare vobis: ſed quibus paratum eſt a patre meo. Et audientes decem, indignati ſunt de duobus fratribus. Jeſus autem vocauit eos ad ſe: ⁊ ait. Scitis, quia principes gentium dominantur eorum: ⁊ qui maiores ſunt: poteſtatem exercēt inter eos: Non ita erit inter vos. Sed quicunqꝫ voluerit inter vos maior fieri: ſit veſter miniſter. Et qui voluerit inter vos primus eſſe: erit veſter ſeruus. Sicut filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare: ⁊ dare animam ſuam in redemptionem pro multis.

Feria v poſt Dominicam ii Quadrageſimæ.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam. c.16

IN illo tempore. Dicebat Jeſus turbis Iudęorum, ⁊ Phariſęorum. Homo quidam erat diues: ⁊ induebatur purpura, ⁊ byſſo: ⁊ epulabatur quotidie ſplendide. Et erat quidam mendicus nomine lazarus: qui iacebat ad ianuam eius, vlceribus plenus: cupiens ſaturari de micis, quę cadebant de menſa diuitis: ⁊ nemo illi dabat. Sed ⁊ canes veniebant: ⁊ lingebant vlcera eius. Factum eſt autem vt moreretur mendicus: ⁊ portaretur ab angelis in ſinum abrahę. Mortuus eſt autem ⁊ diues: ⁊ ſepultus eſt in inferno. Eleuans autem oculos ſuos, cum eſſet in tormentis: vidit abrahā a longe: ⁊ lazarum in ſinu eius. Et ipſe clamans dixit. Pater abraham, miſerere mei: ⁊ mitte lazarum, vt intingat extremum digiti ſui in aqua: vt refrigeret linguam meam: quia crucior in hac flamma. Et dixit illi abraham. Fili recordare, quia recepiſti bona in vita tua: ⁊ lazarus ſimiliter mala. Nunc autem hic conſolatur: tu vero cruciaris. Et in his omnibus, inter nos, ⁊ vos chaos magnum firmatum eſt: vt qui volunt hinc tranſire ad vos, non

Digitized by Google

non poſſint: neqꝫ inde, huc tranſmeare. Et ait. Rogo te pater: vt mittas eum in domum patris mei. Habeo enim quinqꝫ fratres: vt teſtetur illis: ne ⁊ ipſi veniant in hunc locum tormentorum. Et ait illi abraham. Habent moyſen, ⁊ prophetas: audiant illos. At ille dixit. Non, pater abraham: ſed ſi quis ex mortuis ierit ad eos: penitentiam agent. Ait autem illi. Si moyſen, ⁊ prophetas non audiunt: neqꝫ ſi quis ex mortuis reſurrexerit credent.

Feria vi poſt Dominicam ii Quadrageſimæ.

c.21. Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Matthęum.

IN illo tempore. Dicebat Ieſus turbis iudęorum. Homo erat paterfamilias, qui plantauit vineam: ⁊ ſepem circundedit ei: ⁊ fodit in ea torcular: ⁊ ędificauit turrim: ⁊ locauit eam agricolis: ⁊ peregre profectus eſt. Cum autem tempus fructuum appropinquaſſet: miſit ſeruos ſuos ad agricolas: vt acciperent fructus eius. Et agricolę apprehenſis ſeruis eius, alium cęciderunt: alium occiderunt: alium vero lapidauerunt. Iterum miſit alios ſeruos plures prioribus: ⁊ fecerunt illis ſimiliter. Nouiſſime autem miſit ad eos filium ſuũ, dicens. Verebuntur forte filiũ meum. Agricolę autem videntes filium, dixerunt intra ſe. Hic eſt hęres: venite, occidamus eum: ⁊ habebimus hęreditatem eius. Et apprehenſum eum, eiecerunt extra vineam: ⁊ occiderunt. Cum ergo venerit dominus vineę: quid faciet agricolis illis? Aiunt illi. Malos male perdet: ⁊ vineam ſuam locabit alijs agricolis: qui reddant ei fructum temporibus ſuis. Dicit illis Ieſus. Nunquam legiſtis in ſcripturis: lapidem, quem reprobauerunt ędificantes: hic factus eſt in caput anguli? A domino factũ eſt

Digitized by Google

eſt iſtud: ⁊ eſt mirabile in oculis noſtris? Ideo dico vobis: quia auferetur a vobis regnum dei: ⁊ dabitur genti facienti fructus eius. Et qui ceciderit ſuper lapidem iſtum: confringetur. Super quem vero ceciderit: conteret eum. Et cum audiſſent principes ſacerdotum, ⁊ phariſei parabolas eius: cognouerunt quod de ipſis diceret. Et querentes eum tenere, timuerunt turbas: quoniam ſicut prophetam eum habebant.

Sabbato poſt Dominicam ii Quadrageſimæ.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam. c.15

In illo tempore. Dicebat Jeſus turbis iudęorū. Homo quidam habuit duos filios: ⁊ dixit adoleſcentior ex illis patri. Pater, da mihi portionem ſubſtā tię, quę me contingit. Et diuiſit illis ſubſtantiam. Et non poſt multos dies, congregatis omnibus, adoleſcē tior filius peregre profectus eſt in regionem longinquā: ⁊ ibi diſſipauit ſubſtantiam ſuam, viuendo luxurioſe. Et poſtquam omnia conſummaſſet: facta eſt fames valida in regione illa: ⁊ ipſe cępit egere. Et abijt: ⁊ adhęſit vni ciuium regionis illius: ⁊ miſit illum in villam ſuam, vt paſceret porcos. Et cupiebat implere ventrem ſuum de ſiliquis, quas porci manducabant: ⁊ nemo illi dabat. In ſe autem reuerſus, dixit. Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus? Ego autem hic fame pereo. Surgam: ⁊ ibo ad patrem meū: ⁊ dicam ei. Pater peccaui in cęlum, ⁊ coram te: iam non ſum dignus vocari filius tuus: fac me, ſicut vnum de mercenarijs tuis. Et ſurgens, venit ad patrem ſuū. Cum autem adhuc longe eſſet: vidit illum pater ſuus: ⁊ miſericordia motus eſt. Et accurrens, cecidit ſuper collum eius: ⁊ oſculatus eſt eum. Dixitq; ei filius. Pater, peccaui in cęlum, ⁊ coram te: iam non ſum dignus

vocari

Digitized by Google

vocari filius tuus. Dixit autem pater ad ſeruos ſuos. Cito, proferte ſtolam primam: ⁊ induite illum: ⁊ date annulum in manu eius: ⁊ calciamenta in pedes eius: ⁊ adducite vitulum ſaginatum: ⁊ manducemus, ⁊ epulemur: quia hic filius meus mortuus erat, ⁊ reuixit: perierat, ⁊ inuentus eſt. Et ceperunt epulari. Erat autem filius eius ſenior in agro. Et cum veniret, ⁊ appropinquaret domui: audiuit ſymphoniam, ⁊ chorum. Et vocauit vnum de ſeruis: ⁊ interrogauit, quę hęc eſſent. Iſq; dixit illi. Frater tuus venit: ⁊ occidit pater tuus vitulum ſaginatum: quia ſaluum illum recepit. Indignatus eſt autem: ⁊ nolebat introire. Pater ergo illius egreſſus: cepit rogare eum. At ille reſpondens, dixit patri ſuo. Ecce tot annis ſeruio tibi: ⁊ mandatum tuum nunquam preterii: ⁊ nunquam dediſti mihi hędum: vt cum amicis meis epularer. Sed poſtquam filius tuus hic, qui deuorauit ſubſtantiam ſuam cum meretricibus, venit: occidiſti vitulum ſaginatum. At ipſe dixit illi. Fili, tu ſemper mecum es: ⁊ omnia mea, tua ſunt. Epulari, autem ⁊ gaudere oportebat: quia frater tuus hic, mortuus erat, ⁊ reuixit: perierat, ⁊ inuentus eſt.

Dominica tertia in Quadrageſima.

c. 11 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam.

In illo tempore. Erat Ieſus eijciens demonium: ⁊ illud erat mutum. Et cum eieciſſet demonium: locutus eſt mutus: ⁊ admiratę ſunt turbę. Quidam autem ex eis dixerunt. In beelzebub principe demoniorum, eijcit demonia. Et alij tentantes: ſignum de cęlo quęrebant ab eo. Ipſe autem, vt vidit cogitationes eorum: dixit eis. Omne regnum in ſeipſum diuiſum, deſolabitur: ⁊ domus ſupra domum cadet. Si autem ⁊ ſathanas in ſeipſum diuiſus eſt: quomodo ſtabit regnum

gnum ipſius: quia dicitis in beelzebub eijcere me de-
monia? Si autem ego in beelzebub eijcio demonia: fi-
lij veſtri in quo eijciunt? Ideo ipſi iudices veſtri erunt.
Porro, ſi in digito dei eijcio demonia: profecto perue-
nit in vos regnum dei. Cum fortis armatus cuſtodit
atrium ſuum: in pace ſunt omnia quę poſſidet. Si au-
tem fortior illo, ſuperueniens vicerit eum: vniuerſa arma
eius auferet, in quibus confidebat: ⁊ ſpolia eius diſtri-
buet. Qui non eſt mecum: aduerſum me eſt. Et qui
non colligit mecum: diſpergit. Cum immundus ſpiri
tus exierit ab homine: ambulat per loca inaquoſa: quę-
rens requiem, ⁊ non inueniens, dicit. Reuertar in do
mum meam, vnde exiui. Et cum venerit: inuenit eam
ſcopis mundatam, ⁊ ornatam. Et tunc vadit, ⁊ aſſumit
ſecum ſeptem alios ſpiritus nequiores ſe: ⁊ ingreſſi ha
bitant ibi. Et fiunt nouiſſima hominis illius peiora
prioribus. Factum eſt autē, cum hęc diceret: extollens
vocem quędam mulier de turba, dixit illi. Beatus ven
ter qui te portauit, ⁊ vbera quę ſuxiſti. At ille dixit.
Quinimmo, beati, qui audiunt verbum dei: ⁊ cuſto-
diunt illud.

Feria ii poſt Dominicam iii Quadrageſimæ.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam. c. 4.

In illo tempore. Dixerunt phariſei ad Ieſum.
Quanta audiuimus facta in capharnaum: fac ⁊
hic in patria tua. Ait autem. Amen dico vobis: quia
nemo propheta acceptus eſt in patria ſua. In veritate
dico vobis: multę viduę erant in diebus elię in iſrael:
quando clauſum eſt cęlum annis tribus, ⁊ menſibus ſex:
cum facta eſſet fames magna in omni terra: ⁊ ad nullam
illaruȝ miſſus eſt elias: niſi in ſareptam ſidonię, ad mulie-
rem viduam. Et multi leproſi erant in iſrael ſub heliſeo
propheta

Digitized by Google

propheta: ⁊ nemo eorum mundatus eſt: niſi naaman ſyrus. Et repleti ſunt omnes in ſynagoga ira, hęc au dientes. Et ſurrexerunt: ⁊ eiecerunt illum extra ciuita tem. Et duxerunt illum vſq; ad ſupercilium montis: ſu per quem ciuitas illorū erat ędificata: vt pręcipitarent eum. Ipſe autem tranſiens per medium illorum, ibat.

Feria iii poſt Dominicam iii Quadrageſimæ.

c. 18 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum.

In illo tempore. Reſpiciens Ieſus in diſcipulos ſuos: dixit ſimoni petro. Si peccauerit in te fra ter tuus: vade: ⁊ corripe eum inter te, ⁊ ipſum ſolum. Si te audierit: lucratus eris fratrem tuum. Si autem te non audierit: adhibe tecum adhuc vnum, vel duos: vt in ore duorum vel trium teſtium ſtet omne verbum. Quod ſi non audierit eos: dic eccleſię. Si autem ec cleſiam non audierit: ſit tibi ſicut ethnicus ⁊ publica nus. Amen dico vobis: quęcunq; alligaueritis ſuper terrā: erunt ligata ⁊ in cęlo. Et quęcunq; ſolueritis ſu per terram: erunt ſoluta ⁊ in cęlo. Iterum dico vobis: quia ſi duo ex vobis cōſenſerint ſuper terrā: de omni re quācunq; petierint: fiet illis a patre meo, qui in cęlis eſt. Vbi enim ſunt duo vel tres congregati in nomine meo: ibi ſum in medio eorum. Tunc accedens petrus ad eum, dixit. Domine, quoties peccabit in me frater me us: ⁊ dimittam ei? Vſq; ſepties? Dicit illi Ieſus. Non dico tibi vſq; ſepties: ſed vſq; ſeptuagies ſepties.

Feria iiii poſt Dominicam iii Quadrageſimæ.

c. 15 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum.

In illo tempore. Acceſſerunt ad Ieſum ab hie roſolymis ſcribę ⁊ phariſęi, dicentes. Quare di

ſcipuli tui tranſgrediuntur traditiones ſeniorum? Non
enim lauant manus ſuas: cum panem manducant.
Ipſe autem reſpondens, ait illis. Quare & vos tranſ-
gredimini mandatum dei, propter traditionez veſtraz?
Nam deus dixit. Honora patrem tuum, & matrem:
& qui maledixerit patri, vel matri: morte moriatur.
Vos autem dicitis. Quicunq; dixerit patri, vel matri:
munus quodcunq; eſt ex me, tibi proderit: & non hono
rificabit patrem ſuum: aut matrem ſuam. Et irritum
feciſtis mandatum dei, propter traditionem veſtram.
Hypocritę, bene prophetauit de vobis eſaias dicens.
Populus hic labijs me honorat: cor autem eorum
longe eſt a me. Sine cauſa autem colunt me: docen-
tes doctrinas, & mandata hominum. Et conuocatis
ad ſe turbis, dixit eis. Audite: & intelligite. Non quod
intrat in os, coinquinat hominem: ſed quod procedit
ex ore: hoc coinquinat hominem. Tunc accedentes
diſcipuli eius, dixerunt ei. Scis, quia phariſei audito
hoc verbo, ſcandalizati ſunt? At ille reſpondens ait.
Omnis plantatio, quam non plantauit pater meus cę
leſtis: eradicabitur. Sinite illos. Cęci ſunt: & duces
cęcorum. Cęcus autem ſi cęco ducatum pręſtet: ambo
in foueam cadunt. Reſpondens autem petrus, dixit
ei. Ediſſere nobis parabolam iſtam. At ille dixit.
Adhuc & vos ſine intellectu eſtis? Non intelligitis,
quia omne, quod in os intrat: in ventrem vadit: & in ſe
ceſſum emittitur? Quę autem procedunt de ore: de
corde exeunt: & ea coinquinant hominem. De corde
enim exeunt cogitationes malę: homicidia: adulteria:
fornicationes: falſa teſtimonia: blaſphemię. Hęc ſunt
quę coinquinant hominem. Non lotis autem manibus
manducare: non coinquinat hominem.

Sequentia

Digitized by Google

c.4 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam.

In illo tempore. Surgens Jeſus de ſynagoga, introiuit in domum ſimonis. Socrus autem ſimonis tenebatur magnis febribus. Et rogauerunt illum pro ea. Et ſtans ſuper illam, imperauit febri: ⁊ dimiſit illam. Et continuo ſurgens, miniſtrabat illis. Cum ſol autem occidiſſet: omnes qui habebant infirmos varijs languoribus: ducebant illos ad eum. At ille ſingulis manus imponens, curabat eos. Exibant autem demonia a multis clamantia, ⁊ dicentia: quia tu es filius dei. Et increpans, nõ ſinebat ea loqui: quia ſciebant ipſum eſſe chriſtum. Facta autem die, egreſſus ibat in deſertum locum: ⁊ turbę requirebant eum. Et venerunt vſqꝫ ad ipſuꝫ: ⁊ detinebant illum: ne diſcederet ab eis. Quibus ille ait. Quia ⁊ alijs ciuitatibus oportet me euangelizare regnum dei: quia ideo miſſus ſum. Et erat prędicans, in ſynagogis galilęę.

Feria vi poſt Dominicam iii Quadrageſimæ.

c.4 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Johannem.

In illo tempore. Venit Jeſus in ciuitatem ſamarię, quę dicitur ſichar: iuxta prędium, quod dedit iacob ioſeph filio ſuo. Erat autem ibi fons iacob. Jeſus ergo fatigatus ex itinere, ſedebat ſic ſuper fonteꝫ. Hora autem erat quaſi ſexta. Venit mulier de ſamaria haurire aquam. Dixit ei Jeſus. Da mihi bibere. Diſcipuli autem eius abierant in ciuitatem: vt cibos emerent. Dicit ergo ei mulier illa ſamaritana. Quomodo tu iudęus cum ſis: bibere a me poſcis: quę ſum mulier ſamaritana? Non enim coutuntur iudęi ſamaritanis. Reſpondit Jeſus: ⁊ dixit ei. Si ſcires donum dei: ⁊ quis eſt qui dicit tibi da mihi bibere: tu forſitã

Digitized by Google

petiſſes ab eo: ⁊ dediſſet tibi aquam viuam. Dicit ei
mulier. Domine, neqꝫ in quo haurias habes: ⁊ pu-
teus altus eſt. Unde ergo habes aquam viuam? Nū-
quid tu maioꝛ es patre noſtro iacob: qui dedit nobis
puteum hunc: ⁊ ipſe ex eo bibit: ⁊ filij eius, ⁊ pecoꝛa
eius? Reſpondit Jeſus: ⁊ dixit ei. Omnis qui bibit
ex hac aqua: ſitiet iterum. Qui auteꝫ biberit ex aqua
quam ego dabo ei: non ſitiet in ęternuꝫ. Sed aqua quaꝫ
ego dabo ei: fiet in eo fons aquę ſalientis in vitam ęter
nam. Dicit ad eum mulier. Domine, da mihi hanc
aquam: vt non ſitiam: neqꝫ veniam huc haurire. Di-
ci ei Jeſus. Uade: voca virum tuum: ⁊ veni huc. Re
ſpondit ei mulier: ⁊ dixit. Non habeo virum. Dicit
ei Jeſus. Bene dixiſti: quia non habeo virum. Quinqꝫ
enim viros habuiſti: ⁊ nunc quem habes, non eſt tu-
us vir. Hoc vere dixiſti. Dicit ei mulier. Domine,
video quia propheta es tu. Patres noſtri in monte
hoc adorauerunt: ⁊ vos dicitis, quia hieroſolymis eſt
locus, vbi adorare oportet. Dicit ei Jeſus. Mulier,
crede mihi: quia venit hora: quando neqꝫ in monte hoc,
neqꝫ hieroſolymis adorabitis patrem. Uos adoꝛatis,
quod neſcitis: nos adoꝛamus, quod ſcimus: quia ſalus
ex iudęis eſt. Sed venit hora, ⁊ nunc eſt: quando ve
ri adoꝛatoꝛes adoꝛabunt patrem in ſpiritu ⁊ veritate.
Nam: ⁊ pater tales quęrit: qui adorent eum. Spiri
tus eſt deus: ⁊ eos qui adorant eum: in ſpiritu ⁊ ve-
ritate opoꝛtet adoꝛare. Dicit ei mulier. Scio, quia
meſſias venit: qui dicitur chriſtus. Cum ergo venerit:
ille nobis annunciabit omnia. Dicit ei Jeſus. Ego
ſum, qui loquoꝛ tecum. Et continuo venerunt diſcipu
li eius: ⁊ mirabantur quia cum muliere loquebatur.
Nemo tamen dixit: quid quęris, aut quid loqueris cuꝫ
ea? Reliquit ergo hydꝛiam ſuam mulier: ⁊ abijt in ci-
uitatem: ⁊ dicit illis hominibus. Uenite, ⁊ videte ho
minem:

Digitized by Google

minem: qui dixit mihi omnia quęcunqꝫ feci. Nunquid ipſe eſt Chriſtus? Exierunt ergo de ciuitate: ⁊ veniebant ad eum. Interea rogabant eum diſcipuli, dicentes. Rabbi, manduca. Ille autem dixit eis. Ego cibum habeo manducare: quem vos neſcitis. Dicebant ergo diſcipuli adinuicem. Nunquid aliquis attulit ei manducare? Dicit eis Jeſus. Meus cibus eſt, vt faciam voluntatem eius qui miſit me: vt perficiam opus eius. Nonne vos dicitis, quod adhuc quatuor menſes ſunt: ⁊ meſſis venit? Ecce dico vobis: leuate oculos veſtros, ⁊ videte regiones: quia albę ſunt iam ad meſſem. Et qui metit: mercedem accipit: ⁊ congregat fructuꝫ in vitaꝫ ęternam. Vt ⁊ qui ſeminat, ſimul gaudeat, ⁊ qui metit. In hoc enim eſt verbum verum: quia alius eſt qui ſeminat: ⁊ alius eſt qui metit. Ego miſi vos metere: quod vos non laboraſtis. Alij laborauerunt: ⁊ vos in labores eorum introiſtis. Ex ciuitate autem illa multi crediderunt in eum ſamaritanoruꝫ propter verbum mulieris teſtimoniuꝫ perhibentis: quia dixit mihi omnia quęcunqꝫ feci. Cum veniſſent ergo ad illum ſamaritani: rogauerunt eum, vt ibi maneret. Et manſit ibi duos dies. Et multo plures crediderunt propter ſermoneꝫ eius. Et mulieri dicebant: quia iam non propter tuam loquelam credimus. Ipſi enim audiuimus: ⁊ ſcimus: quia hic eſt vere ſaluator mundi.

Sabbato poſt Dominicam iii Quadrageſimæ.

c. 8.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Johannem.

In illo tempore. Perrexit Jeſus in montem oliueti: ⁊ diluculo iterum venit in templum. Et omnis populus venit ad eum: ⁊ ſedens docebat eos. Adducunt autem ſcribę ⁊ phariſęi mulierem in adulterio deprehenſam:

deprehenſam: ⁊ ſtatuerunt eam in medio: ⁊ dixerunt ei. Magiſter, hęc mulier modo deprehenſa eſt in adul terio. In lege autem moyſes mandauit nobis huiuſmodi lapidare. Tu ergo quid dicis? Hoc autem dicebant tentantes eum: vt poſſent accuſare eum. Jeſus autem inclinans ſe deorſum: digito deſcribebat in terra. Cum autem perſeuerarent interrogantes eum: erexit ſe: ⁊ dixit eis. Qui ſine peccato eſt veſtrum: primus in illam lapidem mittat. Et iterum ſe inclinans, ſcribebat digito in terra. Audientes autē hęc: vnus poſt vnum exibant: incipientes a ſenioribus. Et remanſit Jeſus ſolus: ⁊ mulier in medio ſtans. Erigens autē ſe Jeſus, dixit ei. Mulier, vbi ſunt qui te accuſabant? Nemo te condemnauit? Quę dixit. Nemo domine. Dixit autem Jeſus. Nec ego te condemnabo. Uade: ⁊ iam amplius noli peccare.

Dominica iiii in Quadrageſima.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Johannem. c.6

In illo tempore. Abijt Jeſus trans mare galilęę, quod eſt tyberiadis: ⁊ ſequebatur eum multitudo magna: quia videbant ſigna quę faciebat ſuper his, qui infirmabantur. Subijt ergo in montem Jeſus: ⁊ ibi ſedebat cum diſcipulis ſuis. Erat autem proximū paſcha: dies feſtus iudęorum. Cum ſubleuaſſet ergo oculos Jeſus: ⁊ vidiſſet quia multitudo maxima venit ad eum: dicit ad philippum. Unde ememus panes: vt manducent hi? Hoc autem dicebat, tentans eum. Ipſe enim ſciebat, quid eſſet facturus. Reſpondit ei philippus. Ducentorum denariorum panes non ſufficiunt eis: vt vnuſquiſqȝ modicum quid accipiat. Dicit ei vnus ex diſcipulis eius: andreas frater ſimonis petri.

petri. Eſt puer vnus hic: qui habet quinqꝫ panes hordeaceos, ⁊ duos piſces. Sed hęc quid ſunt inter tantos? Dixit ergo Ieſus. Facite homines diſcumbere. Erat autem fęnum multum in loco. Diſcubuerunt ergo viri, numero quaſi quinqꝫ millia. Accepit ergo Ieſus panes: ⁊ cum gratias egiſſet: diſtribuit diſcumbentibus. Similiter ⁊ ex piſcibus, quantum volebant. Vt autem impleti ſunt: dixit diſcipulis ſuis. Colligite, quę ſuperauerunt fragmenta: ne pereant. Collegerunt ergo: ⁊ impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum: ex quinqꝫ panibus hordeaceis, quę ſuperfuerunt his, qui manducauerant. Illi ergo homines, cũ vidiſſent quod fecerat ſignum: dicebant. Quia hic eſt vere propheta: qui venturus eſt in mundum.

Feria ii poſt Dominicam iiii Quadrageſimæ

c. 2. Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Iohannem.

IN illo tempore. Prope erat paſca iudęorum: ⁊ aſcendit Ieſus hyeroſolimam. Et inuenit in templo vendentes oues, ⁊ boues, ⁊ columbas: ⁊ nummularios ſedentes. Et cum feciſſet quaſi flagellum de funiculis: omnes eiecit de templo. Oues quoqꝫ, ⁊ boues: ⁊ nummulariorum effudit ęs: ⁊ menſas ſubuertit: ⁊ his qui columbas vendebant, dixit. Auferte iſta hinc: ⁊ nolite facere domum patris mei, domum negociationis. Recordati vero ſunt diſcipuli eius, quia ſcriptum eſt. Zelus domus tuę comedit me. Reſponderunt ergo iudęi: ⁊ dixerunt ei. Quod ſignum oſtendis nobis: quia hęc facis? Reſpondit Ieſus: ⁊ dixit eis. Soluite templum hoc: ⁊ in tribus diebus excitabo illud. Dixerunt ergo iudęi. Quadraginta ⁊ ſex annis ędificatũ eſt templum hoc: ⁊ tu in tribus diebus excitabis illud? Ille autem dicebat de templo corporis ſui. Cum ergo reſur

rexiſſet

rexiſſet a mortuis: recordati ſunt diſcipuli eius: quia hoc dicebat de corpore ſuo. Et crediderunt ſcripturę, ⁊ ſermoni, quem dixit Jeſus. Cum autem eſſet hieroſolymis in paſcha, in die feſto: multi crediderunt in nomine eius: videntes ſigna quę faciebat. Ipſe autem Jeſus non credebat ſemetipſum eis: eo quod ipſe noſſet omnes: ⁊ quia opus ei non erat: vt quis teſtimoniū perhiberet de homine. Ipſe enim ſciebat: quid eſſet in homine.

Feria iii poſt Dominicam iiii Quadrageſimæ.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Johannem. c. 7

IN illo tempore. Jam die feſto mediante aſcendit Jeſus in templum: ⁊ docebat. Et mirabantur iudęi, dicentes. Quomodo hic literas ſcit: cum non didicerit? Reſpondit eis Jeſus: ⁊ dixit. Mea doctrina, non eſt mea: ſed eius qui miſit me. Si quis voluerit voluntatem eius facere: cognoſcet de doctrina mea: vtrum ex deo ſit: an ego a meipſo loquar. Qui a ſemetipſo loquitur: gloriam propriam quęrit. Qui autem quęrit gloriam eius qui miſit illum: hic verax eſt: ⁊ iniuſtitia in illo non eſt. Nonne moyſes dedit vobis legē: ⁊ nemo ex vobis facit legem? Quid me quęritis interficere? Reſpondit turba: ⁊ dixit. Dęmonium habes. Quis te quęrit interficere? Reſpondit Jeſus: ⁊ dixit eis. Vnum opus feci: ⁊ omnes miramini. Propterea moyſes dedit vobis circunciſionem: non quia ex moyſe eſt: ſed ex patribus. Et in ſabbato circunciditis hominem. Si circunciſionem accipit homo in ſabbato, vt non ſoluatur lex moyſi: mihi indignamini: quia totum hominē ſanum feci in ſabbato? Nolite iudicare ſecundū faciem: ſed iuſtum iudicium iudicate. Dicebāt ergo quidam ex hieroſolymis. Nonne hic eſt, quem quęrunt interficere? Ecce palam loquitur: ⁊ nihil ei dicunt. Nunquid

Digitized by Google

vere cognouerūt pꝛincipes: quia hic eſt chꝛiſtus? Sed hunc ſcimus vnde ſit. Chꝛiſtus autem cum venerit: nemo ſcit vnde ſit. Clamabat ergo Jeſus docens in templo: ⁊ dicens. Et me ſcitis: ⁊ vnde ſim ſcitis: ⁊ a meipſo non veni: ſed eſt verus qui me miſit: quem vos neſcitis. Ego ſcio eum: ⁊ ſi dixero quia neſcio eum: ero ſimilis vobis mendax. Sed ſcio eum: quia ab ipſo ſum, ⁊ ipſe me miſit. Quęrebant ergo eum appꝛehendere: ⁊ nemo miſit in illum manus: quia nondum venerat hora eius. De turba autem, multi crediderunt in eum.

Feria iiii poſt Dominicam iiii Quadrageſimæ.

c. 9. Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Johannem.

In illo tempoꝛe. Pꝛęteriens Jeſus, vidit hominem cęcum a natiuitate: ⁊ interrogauerunt eum diſcipuli ſui. Rabbi, quis peccauit: hic, aut parētes eius, vt cęcus naſceretur? Reſpondit Jeſus. Neqꝫ hic peccauit, neqꝫ parētes eius: ſed vt manifeſtentur opera dei in illo. Me opoꝛtet operari opera eius, qui miſit me: donec diēs eſt. Venit nox: quando nemo poteſt operari. Quandiu in mundo ſum: lux ſum mundi. Hęc cum dixiſſet: expuit in terram: ⁊ fecit lutum ſuper oculos eius: ⁊ dixit ei. Vade, ⁊ laua in natatoꝛia ſyloe: quod interpꝛetatur miſſus. Abijt ergo, ⁊ lauit: ⁊ venit videns. Itaqꝫ vicini, ⁊ qui viderant illum pꝛius, quia mendicus erat: dicebant. Nonne hic eſt, qui ſedebat, ⁊ mendicabat? Alij dicebant, quia hic eſt: alij autem nequaquā: ſed ſimilis eſt ei. Ille vero dicebat: quia ego ſum. Dicebant ergo ei. Quomodo aperti ſunt tibi oculi? Reſpondit. Ille homo, qui dicitur Jeſus: lutum fecit: ⁊ vnxit oculos meos: ⁊ dixit mihi. Vade ad natatoꝛiā ſyloe: ⁊ laua. Et abij: ⁊ laui: ⁊ vidi. Et dixerunt ei. Vbi eſt ille? Ait. Neſcio. Adducunt autem eum ad phariſeos

F ſeos

Digitized by Google

ſeos, qui cecus fuerat. Erat autem ſabbatum: quando lutum fecit Jeſus: ⁊ aperuit oculos eius. Iterum ergo interrogabant eum phariſei: quomodo vidiſſet. Ille autem dixit eis. Lutum poſuit mihi ſuper oculos: ⁊ laui, ⁊ video. Dicebant ergo ex phariſeis quidam. Non eſt hic homo a deo: qui ſabbatum non cuſtodit. Alij dicebant. Quomodo poteſt homo peccator hec ſigna facere? Et ſchiſma erat inter eos. Dicunt ergo ceco iterum. Tu quid dicis de eo, qui aperuit oculos tuos? Ille autem dixit: quia propheta eſt. Non crediderunt ergo iudei de illo: quia cecus fuiſſet, ⁊ vidiſſet: donec vocauerunt parentes eius, qui viderat. Et interrogauerunt eos, dicentes. Hic eſt filius veſter, quem vos dicitis, quia cecus natus eſt? Quomodo ergo nũc videt? Reſponderunt eis parentes eius: ⁊ dixerunt. Scimus quia hic eſt filius noſter: ⁊ quia cecus natus eſt. Quomodo autem nunc videat, neſcimus: aut quis eius aperuit oculos, nos neſcimus. Ipſum interrogate: etatem habet: ipſe de ſe loquatur. Hec dicebant parentes eius: quia timebant iudeos. Iam enim conſpirauerant iudei: vt ſiquis eum confiteretur chriſtum: extra ſynagogam fieret. Propterea parentes eius dixerunt: quia etatem habet: ipſum interrogate. Vocauerunt ergo rurſum hominem qui fuerat cecus: ⁊ dixerũt ei. Da gloriam deo. Nos ſcimus quia hic homo peccator eſt. Dixit ergo ille. Si peccator eſt, neſcio. Vnũ ſcio: quia cecus cum eſſem: modo video. Dixerunt ergo illi. Quid fecit tibi? Quo modo aperuit tibi oculos? Reſpondit eis. Dixi vobis iam: ⁊ audiſtis. Quid iterum vultis audire? Nunquid ⁊ vos vultis diſcipuli eius fieri? Maledixerunt ergo ei: ⁊ dixerunt. Tu diſcipulus eius ſis: nos autem moyſi diſcipuli ſumus. Nos ſcimus quia moyſi locutus eſt deus: hunc autem neſcimus vnde ſit. Reſpondit ille homo: ⁊ dixit eis.

Digitized by Google

rit eis. In hoc enim mirabile eſt: quia vos neſcitis vnde ſit: ⁊ aperuit oculos meos. Scimus autē, quia peccatores deus non audit: ſed ſiquis dei cultor eſt, ⁊ voluntatem eius facit: hunc exaudit. A ſeculo non eſt auditum: quia aperuit quis oculos cęci nati. Niſi eſſet hic a deo: non poterat facere quicquam. Reſponderunt: ⁊ dixerunt ei. In peccatis natus es totus: ⁊ tu doces nos? Et eiecerunt eum foras. Audiuit Ieſus quia eiecerunt eum foras: ⁊ cum inueniſſet eum, dixit ei. Tu credis in filium dei? Reſpondit ille: ⁊ dixit. Quis eſt domine: vt credam in eum? Et dixit ei Ieſus. Et vidiſti eum: ⁊ qui loquitur tecum, ipſe eſt. Et ille ait. Credo domine. Et procidens adorauit eum.

Feria v poſt Dominicam iiii Quadrageſimæ.

c. 7. Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam.

In illo tempore. Ibat Ieſus in ciuitatem quę vocatur naym: ⁊ ibant cum illo diſcipuli eius, ⁊ turba copioſa. Cum autem appropinquaret portę ciuitatis: ecce defunctus efferebatur, filius vnicus matris ſuę. Et hęc vidua erat: ⁊ turba ciuitatis multa cū illa. Quā cum vidiſſet Ieſus: miſericordia motus ſuper eam, dixit illi. Noli flere. Et acceſſit: ⁊ tetigit loculum. Hi autem qui portabant, ſteterunt. Et ait. Adoleſcens, tibi dico, ſurge. Et reſedit, qui erat mortuus: ⁊ cępit loqui. Et dedit illum matri ſuę. Accepit autem omnes timor: ⁊ magnificabant deum dicentes. Quia propheta magnus ſurrexit in nobis: ⁊ quia deus viſitauit plebē ſuā.

Feria vi poſt Dominicam iiii Quadrageſimæ.

c. 11. Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Iohannem.

In illo tempore. Erat quidam languens Lazarus a bethania: de caſtello marię, ⁊ marthę ſororum

eius. Maria autem erat, que vnxit dominum vnguento: et exterſit pedes eius capillis ſuis: cuius frater lazarus infirmabatur. Miſerunt ergo ſorores eius ad eum, dicentes. Domine, ecce quem amas, infirmatur. Audiens autem Jeſus, dixit eis. Infirmitas hec, non eſt ad mortem: ſed pro gloria dei: vt glorificetur filius dei per eam. Diligebat autem Jeſus martham, et ſororem eius Mariam, et lazarum. Vt ergo audiuit: quia infirmabatur: tunc quidem manſit in eodem loco duobus diebus. Deinde poſt hec dicit diſcipulis ſuis. Eamus in iudeam iterum. Dicunt ei diſcipuli. Rabbi: nunc querebant te iudei lapidare: et iterum vadis illuc? Reſpondit Jeſus. Nonne duodecim hore ſunt diei? Si quis ambulauerit in die, non offendit: quia lucem huius mundi videt. Si autem ambulauerit in nocte, offendit: quia lux non eſt in eo. Hec ait: et poſt hec dicit eis. Lazarus amicus noſter dormit: ſed vado, vt a ſomno excitem eum. Dixerunt ergo diſcipuli eius. Domine, ſi dormit: ſaluus erit. Dixerat autem Jeſus de morte eius: illi autem putauerunt quia de dormitione ſomni diceret. Tunc ergo dixit eis Jeſus manifeſte. Lazarus mortuus eſt: et gaudeo propter vos: vt credatis: quia non eram ibi. Sed eamus ad eum. Dixit ergo thomas, qui dicitur didymus, ad condiſcipulos. Eamus et nos: et moriamur cum illo. Venit itaqz Jeſus: et inuenit eum quatuor dies iam in monumento habentem. Erat autem bethania iuxta hieroſolymam, quaſi ſtadijs quindecim. Multi autem ex iudeis venerant ad martham, et mariam: vt conſolarentur eas de fratre ſuo. Martha ergo vt audiuit, quia Jeſus venit: occurrit illi. Maria autem domi ſedebat. Dixit ergo martha ad Jeſum. Domine, ſi fuiſſes hic: frater meus nō fuiſſet mortuus. Sed et nunc ſcio: quia quecunqz popoſceris a deo: dabit tibi deus. Dicit illi Jeſus. Reſurget frater tuus.

Dicit

Dicit ei martha. Scio quia reſurget in reſurrectione in
nouiſſimo die. Dicit ei Jeſus. Ego ſum reſurrectio, ⁊
vita. Qui credit in me: etiā ſi mortuus fuerit, viuet. Et
omnis qui viuit, ⁊ credit in me: non morietur in ęternū.
Credis hoc? Ait illi. Utiq; domine. Ego credidi: quia
tu es chriſtus filius dei viui: qui in hunc mundū veniſti.
Et cū hęc dixiſſet, abijt: ⁊ vocauit Mariam ſororē ſuā ſi-
lentio, dicens. Magiſter adeſt: ⁊ vocat te. Illa vt audi-
uit, ſurrexit cito: ⁊ venit ad eum. Nondū enim venerat
Jeſus in caſtellum: ſed erat adhuc in illo loco, vbi occur
rerat ei martha. Judęi igitur qui erant cū ea in domo,
⁊ conſolabantur eam: cum vidiſſent mariam, quia cito
ſurrexit, ⁊ exijt: ſecuti ſunt eam dicentes: quia vadit ad
monumentum: vt ploret ibi. Maria ergo cum veniſſet
vbi erat Jeſus: videns eum, cecidit ad pedes eius: ⁊ di
xit ei. Domine ſi fuiſſes hic, non eſſet mortuus frater
meus. Jeſus ergo vt vidit eam plorantē: ⁊ iudęos qui
venerant cum ea plorantes: infremuit ſpiritu: ⁊ turbauit
ſeipſum: ⁊ dixit. Ubi poſuiſtis eum? Dicunt ei. Do-
mine, veni: ⁊ vide. Et lachrymatus eſt Jeſus. Dixe-
runt ergo iudęi. Ecce quomodo amabat eum. Qui
dam autem ex ipſis dixerunt. Non poterat hic, qui ape
ruit oculos cęci nati, facere: vt ⁊ hic non moreretur? Je
ſus ergo rurſum fremens in ſemetipſo: venit ad monu
mentum. Erat autem ſpelunca: ⁊ lapis ſuperpoſitus
erat ei. Ait Jeſus. Tollite lapidem. Dicit ei martha
ſoror eius qui mortuus fuerat. Domine, iam fętet: qua
triduanus enim eſt. Dicit ei Jeſus. Nonne dixi tibi:
quoniam ſi credideris, videbis gloriam dei? Tulerunt
ergo lapidem. Jeſus autem elauatis ſurſum oculis, di
xit. Pater, gratias ago tibi: quoniā audiſti me. Ego
autem ſciebam, quia ſemper me audis: ſed propter popu
lum qui circumſtat, dixi: vt credant, quia tu me miſiſti.
Hęc cum dixiſſet: voce magna clamauit. Lazare, veni
foras.

foꝛas. Et ſtatim pꝛodiit, qui fuerat moꝛtuus: ligatus pedes ⁊ manus inſtitis: ⁊ facies eius ſudario erat ligata. Dicit eis Jeſus. Soluite eum: ⁊ ſinite abire. Multi ergo ex iudęis, qui venerant ad mariam ⁊ martham: ⁊ viderant quę fecit Jeſus: crediderunt in eum.

Sabbato poſt Dominicam iiii Quadrageſimæ.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Johannem. c. 8.

In illo tempoꝛe. Dixit Jeſus turbis iudęoꝛum. Ego ſum lux mundi. Qui ſequitur me: nõ ambulat in tenebꝛis: ſed habebit lumen vitę. Dixerunt ergo phariſęi. Tu de teipſo teſtimonium perhibes: teſtimonium tuum non eſt verum. Reſpondit Jeſus: ⁊ dixit eis. Et ſi ego teſtimonium perhibeo de meipſo: verum eſt teſtimoniuꝫ meum: quia ſcio vnde veni: ⁊ quo vado. Vos autem neſcitis vnde venio: aut quo vado. Vos ſecundum carnem iudicatis: ego non iudico quenquam. Et ſi ego iudico: iudicium meum verum eſt: quia ſolus non ſum: ſed ego, ⁊ qui miſit me pater. Et in lege veſtra ſcriptum eſt: quia duoꝛum hominum teſtimonium, verum eſt. Ego ſum qui teſtimoniũ perhibeo de meipſo: ⁊ teſtimonium perhibet de me, qui miſit me, pater. Dicebant ergo ei. Vbi eſt pater tuus? Reſpondit Jeſus. Neqꝫ me ſcitis: neqꝫ patrem meum. Si me ſciretis: foꝛſitan ⁊ patrem meũ ſciretis. Hęc verba locutus eſt Jeſus in gazophilatio: docens in templo. Et nemo appꝛehendit eum: quia nondum venerat hoꝛa eius.

Dominica in Paſſione.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Johannem: c. 8.

In illo tempoꝛe. Dicebat Jeſus turbis iudęoꝛum ⁊ pꝛincipibus ſacerdotum. Quis ex vobis arguet me

Digitized by Google

me de peccato? Si veritatem dico: quare vos non cre
ditis mihi? Qui ex deo eſt: verba dei audit. Propte-
rea vos non auditis: quia ex deo non eſtis. Reſpon-
derunt ergo iudęi, ⁊ dixerunt ei. Nonne bene dicimus
nos: quia ſamaritanus es tu, ⁊ dęmonium habes? Re
ſpondit Jeſus. Ego dęmonium non habeo: ſed hono
rifico patrem meum: ⁊ vos inhonoraſtis me. Ego au
tem non quęro gloriam meam: eſt qui quęrat, ⁊ iudicet.
Amen amen dico vobis: ſi quis ſermonem meum ſerua
uerit: mortem non videbit in ęternum. Dixerunt ergo
iudęi. Nunc cognouimus: quia dęmonium habes.
Abraham mortuus eſt, ⁊ prophetę: ⁊ tu dicis: ſiquis ſer
monem meum ſeruauerit: mortem non guſtabit in ęter-
num. Nunquid tu maior es patre noſtro abraham,
qui mortuus eſt? Et prophetę mortui ſunt. Quem te
ipſum facis? Reſpondit Jeſus. Et ſi ego glorifico me
ipſum: gloria mea nihil eſt. Eſt pater meus qui glorifi-
cat me: quem vos dicitis quia deus veſter eſt: ⁊ non co
gnouiſtis eum. Ego autē noui eum. Et ſi dixero, quia
neſcio eum: ero ſimilis vobis mendax. Sed ſcio eum: ⁊
ſermonem eius ſeruo. Abraham pater veſter exultauit,
vt videret diem meum: vidit, ⁊ gauiſus eſt. Dixerunt
ergo iudęi ad eum. Quinquaginta annos nondum ha
bes: ⁊ abraham vidiſti? Dixit eis Jeſus. Amen amen
dico vobis: antequam abraham fieret, ego ſum. Tule
runt ergo lapides: vt iacerent in eum. Jeſus autem ab
ſcondit ſe: ⁊ exiuit de templo.

Feria ii poſt Dominicam Paſſionis.

c. 7. Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Johannem.

In illo tempore. Miſerunt principes ⁊ pharisęi mi
niſtros: vt apprehenderent Jeſum. Dixit ergo eis
Jeſus. Adhuc modicum tempus vobiſcum ſum: ⁊ va
do

do ad eum qui miſit me. Quęretis me, ⁊ non inuenie-
tis: ⁊ vbi ſum ego, vos non poteſtis venire. Dixerunt
ergo iudęi ad ſemetipſos. Quo hic iturus eſt: quia nõ
inueniemus eum? Nunquid in diſperſionem gentium
iturus eſt: ⁊ docturus gentes? Quis eſt hic ſermo quẽ
dixit: quęretis me, ⁊ non inuenietis, ⁊ vbi ſum ego, vos
non poteſtis venire? In nouiſſimo autem die magno
feſtiuitatis, ſtabat Jeſus: ⁊ clamabat, dicens. Siquis
ſitit: veniat ad me, ⁊ bibat. Qui credit in me, ſicut dicit
ſcriptura: flumina de ventre eius fluent aquę viuę. Hoc
autem dixit de ſpiritu: quem accepturi erant credentes
in eum.

Feria iii poſt Dominicam Paſſionis.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Johannem. c. 7

IN illo tempore. Ambulabat Jeſus in galilęam:
non enim volebat in iudęam ambulare: quia quę-
rebant eum iudęi interficere. Erat autem in proximo di
es feſtus iudęorum, ſcenophegia. Dixerunt autem ad
eum fratres eius. Tranſi hinc, ⁊ vade in iudęam: vt ⁊
diſcipuli tui videant opera tua, quę tu facis. Nemo quip
pe in occulto aliquid facit: ⁊ quęrit ipſe in palã eſſe. Si
hęc facis, manifeſta teipſum mundo. Neqꝫ enim fra-
tres eius credebant in eum. Dicit ergo eis Jeſus. Tẽ
pus meum nondum aduenit: tempus autem veſtrũ ſem
per eſt paratum. Non poteſt mũdus odiſſe vos. Me
autem odit: quia ego teſtimoniũ perhibeo de illo: quia
opera eius mala ſunt. Vos aſcendite ad diem feſtũ hũc:
ego autem non aſcendam ad diem feſtum iſtum: quia
tempus meum nondum impletum eſt. Hęc cum dixiſ-
ſet: ipſe manſit in galilęa. Vt autem aſcenderunt fra-
tres eius: tunc ⁊ ipſe aſcendit ad diem feſtum: non ma-
nifeſte: ſed quaſi in occulto. Judęi ergo quęrebant euꝫ
in diẽ

in die feſto: ⁊ dicebant. Vbi eſt ille? Et murmur multus erat de eo in turba. Quidam enim dicebant, quia bonus eſt: alij autem dicebant, non: ſed ſeducit turbas. Nemo tamen palam loquebatur de illo: propter metum iudęorum.

Feria iiii poſt Dominicam Paſſionis.

c 10 Sequentia ſancti Euangelii ſecundum Johannem.

IN illo tempore. Facta ſunt encęnia in hieroſolymis: ⁊ hyems erat. Et ambulabat Jeſus in templo: in porticu ſalomonis. Circundederunt ergo eum iudęi: ⁊ dicebant ei. Quouſqꝫ animam noſtram tollis? Si tu es chriſtus: dic nobis palam. Reſpondit eis Jeſus. Loquor vobis: ⁊ non creditis. Opera, quę ego facio in nomine patris mei: hęc teſtimonium perhibent de me. Sed vos nō creditis: quia non eſtis ex ouibus meis. Oues meę vocem meam audiunt: ⁊ ego cognoſco eas: ⁊ ſequuntur me. Et ego vitam ęternaꝫ do eis: ⁊ non peribunt in ęternum: ⁊ non rapiet eas quiſquam de manu mea. Pater meus, quod dedit mihi, maius eſt omnibus: ⁊ nemo poteſt rapere de manu patris mei. Ego, ⁊ pater, vnum ſumus. Suſtulerunt ergo lapides iudęi: vt lapidarent eum. Reſpondit eis Jeſus. Multa bona opera oſtendi vobis ex patre meo: propter quod eorum opus me lapidatis? Reſponderunt ei iudęi. De bono opere non lapidamus te, ſed de blaſphemia: ⁊ quia tu homo cum ſis, facis teipſum deum. Reſpondit eis Jeſus. Nonne ſcriptum eſt in lege veſtra, quia ego dixi dij eſtis? Si illos dixit deos, ad quos ſermo dei factus eſt, ⁊ non poteſt ſolui ſcriptura: quem pater ſanctificauit, ⁊ miſit in mundū: vos dicitis, quia blaſphemas: quia dixi, filius dei ſum? Si non facio opera patris mei: nolite credere mihi. Si autem facio: ⁊ ſi mi

hi non vultis credere, operibus credite: vt cognoſcatis ⁊ credatis: quia in me eſt pater: ⁊ ego in patre.

Feria v poſt Dominicam Paſſionis.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam. 67

IN illo tempore. Rogabat Jeſum quidam phariſęus: vt manducaret cum illo. Et ingreſſus domum phariſęi, diſcubuit. Et ecce mulier, quę erat in ciuitate peccatrix: vt cognouit, quod Jeſus accubuiſſet in domo phariſęi: attulit alabaſtrum vnguenti: ⁊ ſtans retro ſecus pedes eius: lachrymis cępit rigare pedes eius: ⁊ capillis capitis ſui tergebat: ⁊ oſculabatur pedes eius: ⁊ vnguento vngebat. Videns autem phariſęus, qui vocauerat eum: ait intra ſe, dicens. Hic ſi eſſet propheta: ſciret vtiq; quę ⁊ qualis eſt mulier quę tangit eum: quia peccatrix eſt. Et reſpondens Jeſus, dixit ad illū. Simon, habeo tibi aliquid dicere. At ille ait. Magiſter dic. Duo debitores erant cuidā fęneratori. Vnus debebat denarios quingentos: ⁊ alius quinquaginta. Non habentibus illis vnde redderent: donauit vtriſq;. Quis ergo eum plus diligit? Reſpondens ſimon dixit. Eſtimo: quia is, cui plus donauit. At ille dixit ei. Recte iudicaſti. Et conuerſus ad mulierem, dixit ſimoni. Vides hanc mulierem? Intraui in domum tuam: aquam pedibus meis non dediſti: hęc autem lachrymis rigauit pedes meos: ⁊ capillis ſuis terſit. Oſculum mihi non dediſti: hęc autem ex quo intrauit, non ceſſauit oſculari pedes meos. Oleo caput meum non vnxiſti: hęc autem vnguento vnxit pedes meos. Propter quod dico tibi. Remittuntur ei peccata multa: quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur: minus diligit. Dixit autem ad illam. Remittuntur tibi peccata tua.

tua: Et ceperunt qui ſimul accumbebant: dicere intra ſe. Quis eſt hic: qui etiam peccata dimittit? Dixit autem ad mulierem. Fides tua te ſaluã fecit: vade in pace.

Feria vi poſt Dominicam Paſſionis.

c. 11 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Johannem.

In illo tempore. Collegerunt pontifices, ꝛ phariſei concilium: ꝛ dicebant. Quid facimus? Quia hic homo multa ſigna facit. Si dimittimus eum ſic: omnes credent in eum. Et venient romani: ꝛ tollent locum noſtrum, ꝛ gentem. Unus autem ex ipſis cayphas nomine, cum eſſet pontifex anni illius: dixit eis. Vos neſcitis quicquam: nec cogitatis quia expedit vobis vt vnus moriatur homo pro populo: ꝛ non tota gens pereat. Hoc autem a ſemetipſo nõ dixit: ſed cum eſſet pontifex anni illius, prophetauit: quia Jeſus moriturus erat pro gente. Et non tantũ pro gente: ſed vt filios dei, qui erant diſperſi, congregaret in vnum. Ab illo ergo die cogitauerunt vt interficerent eum. Jeſus ergo iam non in palam ambulabat apud iudeos: ſed abijt in regionem iuxta deſertum: in ciuitatem que dicitur ephrem. Et ibi morabatur cum diſcipulis ſuis.

Sabbato poſt Dominicam Paſſionis.

c. 17 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Johannem.

In illo tempore. Subleuatis Jeſus oculis in celum, dixit. Pater, venit hora: clarifica filiũ tuum: vt filius tuus clarificet te. Sicut dediſti ei poteſtatem omnis carnis: vt omne quod dediſti ei, det eis vitã eternã. Hec eſt autem vita eterna: vt cognoſcant te ſolum verum deum: ꝛ quem miſiſti Jeſum chriſtum. Ego te clarificaui

rificaui ſuper terrā: opus conſummaui quod dediſti mi-
hi vt faciam. Et nunc clarifica me tu pater apud temetip
ſum: claritate quā habui, priuſquā mundus fieret apud
te. Manifeſtaui nomen tuum hominibus: quos dediſti
mihi de mundo. Tui erāt: ⁊ mihi eos dediſti: ⁊ ſermonē
tuum ſeruauerunt. Et nunc cognouerunt, quia omnia
quę dediſti mihi, abs te ſunt. Quia verba quę dediſti mi
hi, dedi eis. Et ipſi acceperūt: et cognouerūt vere, quia a
te exiui: ⁊ crediderunt quia tu me miſiſti. Ego pro eis ro
go. Non pro mundo rogo: ſed pro his quos dediſti mi
hi: quia tui ſunt. Et mea omnia, tua ſunt: ⁊ tua, mea
ſunt: ⁊ clarificatus ſum in eis. Et iam non ſum in mun
do: et hi in mundo ſunt: ⁊ ego ad te venio.

In eodem ſecundum Romanam Curiam.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Johannem. c. 12

IN illo tempore. Cogitauerunt principes ſacerdo
tum, vt ⁊ lazarum interficerent: quia multi propter
illum abibant ex iudęis: ⁊ credebant in Jeſum. In cra
ſtinum autem turba multa, quę venerat ad diem feſtum:
cum audiſſent quia venit Jeſus ieroſolymā, acceperunt
ramos palmarum: ⁊ proceſſerunt obuiam ei: ⁊ clama-
bant. Hoſanna, benedictus qui venit in nomine domi-
ni, rex iſrael. Et inuenit Jeſus aſellū: ⁊ ſedit ſuper eum:
ſicut ſcriptum eſt. Noli timere filia ſion: ecce rex tuus
venit: ſedens ſuper pullum aſinę. Hęc non cognouerūt
diſcipuli eius primum: ſed quando glorificatus eſt Je
ſus, tunc recordati ſunt quia hęc ſcripta erant de eo: ⁊
hęc fecerunt ei. Teſtimonium ergo perhibebat turba,
quę erat cum eo, quando lazarū vocauit de monumen-
to, ⁊ ſuſcitauit eum a mortuis. Propterea ⁊ obuiam ve
nit ei turba: quia audierunt eum feciſſe hoc ſignū. Pha
riſei ergo dixerunt ad ſemetipſos. Videtis, quia nihil
proficimus?

pꝛoficimus? Ecce mundus totus poſt eum abijt. Erāt autem quidam gentiles ex his qui aſcenderant: vt adorarent in die feſto. Hi ergo acceſſerunt ad philippum qui erat a bethſaida galileę: ⁊ rogabant eum dicentes. Domine, volumus Jeſum videre. Uenit philippus: ⁊ dicit andreę. Andreas rurſus ⁊ philippus dixerunt Jeſu. Jeſus autem reſpondit eis, dicens. Uenit hoꝛa: vt clarificetur filius hominis. Amen amen dico vobis: niſi granum frumenti cadens in terram moꝛtuum fuerit: ipſum ſolum manet. Si autem moꝛtuum fuerit: multum fructum affert. Qui amat animam ſuam: perdet eam. Et qui odit animam ſuam in hoc mundo: in vitā ęternam cuſtodit eam. Si quis mihi miniſtrat: me ſequatur. Et vbi ſum ego: illic ⁊ miniſter meus erit. Si quis mihi miniſtrauerit: honoꝛificabit eum pater meus. Nūc anima mea turbata eſt. Et quid dicam? Pater, ſaluifica me ex hac hoꝛa. Sed pꝛopterea veni in hoꝛam hanc. Pater clarifica nomen tuum. Uenit ergo vox de cęlo, dicens. Et clarificaui: ⁊ iterum clarificabo. Turba ergo quę ſtabat, ⁊ audierat: dicebat tonitruum factum eſſe. Alij dicebant: angelus ei locutus eſt. Reſpondit Jeſus, ⁊ dixit. Non pꝛopter me hęc vox venit, ſed pꝛopter vos. Nunc iudicium eſt mundi: nunc pꝛinceps huius mundi eijcietur foꝛas. Et ego ſi exaltatus fuero a terra: omnia traham ad meipſum. Hoc autem dicebat: ſignificans qua moꝛte eſſet moꝛiturus. Reſpōdit ei turba. Nos audiuimus ex lege: quia chꝛiſtus manet in ęternum. Et quomodo tu dicis: opoꝛtet exaltari filium hominis? Quis eſt iſte filius hominis? Dixit ergo eis Jeſus. Adhuc modicum lumen in vobis eſt. Ambulate dum lucem habetis: vt non vos tenebꝛę cōpꝛehendāt. Et qui ambulat in tenebꝛis: neſcit quo vadat. Dum lucem habetis: credite in lucem: vt filij lucis ſitis. Hęc locutus eſt Jeſus: ⁊ abijt: ⁊ abſcondit ſe ab eis.

Sequentia

Ad benedictionem Palmarum.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum. c.21.

In illo tempore: Cum appropinquaſſet Jeſus hieroſolymis: ⁊ veniſſet bethphage ad montem oliueti: tunc miſit duos diſcipulos, dicens eis. Ite in caſtellum, quod contra vos eſt: ⁊ ſtatim inuenietis aſinã alligatam: ⁊ pullum cum ea. Soluite: ⁊ adducite mihi. Et ſi quis vobis aliquid dixerit: dicite, quia dominus his opus habet: ⁊ confeſtim dimittet eos. Hoc autem totum factum eſt: vt adimpleretur quod dictum eſt per prophetã dicentem. Dicite filię ſion. Ecce rex tuus venit tibi manſuetus: ſedens ſuper aſinam, ⁊ pullum filium ſubiugalis. Euntes autẽ diſcipuli: fecerunt ſicut pręcepit illis Jeſus. Et adduxerunt aſinam, ⁊ pullum: ⁊ impoſuerunt ſuper eos veſtimenta ſua: ⁊ eum deſuper ſedere fecerunt. Plurima autem turba ſtrauerunt veſtimenta ſua in via. Alij autem cędebant ramos de arboribus: ⁊ ſternebant in via. Turbę autem, quę pręcedebant, ⁊ quę ſequebantur: clamabãt dicentes. Oſanna filio dauid. Benedictus, qui venit in nomine domini.

Ad Miſſam.

Paſſio domini noſtri Jeſu Chriſti ſecundũ Mattheũ. c.26



In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. ✠ Scitis, quia poſt biduum paſcha fiet: ⁊ filius hominis tradetur vt crucifigatur. C. Tunc congregati ſunt principes ſacerdotum, ⁊ ſeniores populi in atriũ principis ſacerdotum, qui dicebatur cayphas: ⁊ conſilium fecerunt, vt Jeſum dolo tenerent, ⁊ occiderent. Dicebant autem. S. Non in die feſto. C. Ne forte tumultus

Digitized by Google

multus fieret in populo. Cum autem eſſet Jeſus in bethania, in domo ſimonis leproſi: acceſſit ad eum mulier, habens alabaſtrum vnguenti pretioſi: et effudit ſuper caput ipſius recumbentis. Videntes autem diſcipuli, indignati ſunt dicentes. S Vt quid perditio hec? Potuit enim vnguentũ iſtud venundari multo: et dari pauperibus. C Sciens autem Jeſus, ait illis. ✠ Quid moleſti eſtis huic mulieri? Opus enim bonum operata eſt in me. Nam ſemper pauperes habebitis vobiſcum: me autem non ſemper habebitis. Mittens enim hec vnguentum hoc in corpus meum: ad ſepeliendum me fecit. Amen dico vobis: vbicunq; predicatũ fuerit hoc euangelium in toto mundo: dicetur et quod hec fecit in memoriam eius. C Tunc abijt vnus de duodecim, qui dicitur iudas ſcharioth, ad principes ſacerdotum: et ait illis. S Quid vultis mihi dare: et ego vobis eum tradam? C At illi conſtituerunt ei triginta argenteos. Et exinde querebat opportunitatem: vt eum traderet. Prima autem die azimorum acceſſerunt diſcipuli ad Jeſum, dicentes. S Vbi vis paremus tibi comedere paſcha? C At Jeſus dixit. ✠ Jte in ciuitatem ad quendam: et dicite ei. Magiſter dicit. Tempus meum prope eſt: apud te facio paſcha cum diſcipulis meis. C Et fecerũt diſcipuli ſicut cõſtituit illis Jeſus: et parauerunt paſcha. Veſpere autem facto, diſcumbebat cum duodecim diſcipulis ſuis. Et edentibus illis, dixit. ✠ Amen dico vobis: quia vnus veſtrum me traditurus eſt. C Et contriſtati valde, ceperunt ſinguli dicere. S Nunquid ego ſum domine? C At ipſe reſpõdens, ait. ✠ Qui intingit mecum manum in paropſide: hic me tradet. Filius quidem hominis vadit, ſicut ſcriptum eſt de illo. Ve autem homini illi: per quem filius hominis tradetur. Bonum erat ei, ſi natus non fuiſſet homo ille. C Reſpondens autem iudas, qui tradidit

eum:

eum dixit? S Nunquid ego ſum rabbi? C Ait illi.
✠ Tu dixiſti. C Cęnantibus autem eis, accepit Ie-
ſus panem: ⁊ benedixit: ac fregit: deditqꝫ diſcipulis ſu
is: ⁊ ait. ✠ Accipite, ⁊ comedite. Hoc eſt corpus me
um. C Et accipiens calicem, gratias egit: ⁊ dedit eis,
dicẽs. ✠ Bibite ex hoc omnes. Hic eſt ſanguis me-
us noui teſtamenti: qui pro multis effundetur in remiſ-
ſionem peccatorum. Dico autem vobis: non bibam
amodo de hoc genimine vitis, vſqꝫ in diem illum, cum
illud bibam vobiſcum nouum in regno patris mei. C
Et hymno dicto, exierunt in montem oliueti. Tunc di
cit illis Ieſus. ✠ Omnes vos ſcandalum patiemini in
me, in iſta nocte. Scriptum eſt enim. Percutiam pa-
ſtorem: ⁊ diſpergentur oues gregis. Poſtquam autem
reſurrexero: pręcedam vos in galileã. C Reſpondens
autem petrus, ait illi. S Et ſi omnes ſcandalizati fue-
rint in te: ego nunquam ſcandalizabor. C Ait illi Ie-
ſus. ✠ Amen dico tibi: quia in hac nocte, antequam
gallus cantet, ter me negabis. C Ait illi petrus. S
Etiam ſi oportuerit me mori tecum: non te negabo. C
Similiter ⁊ omnes diſcipuli dixerunt. Tunc venit Ie-
ſus cum illis in villam, quę dicitur gethſemani: ⁊ di-
xit diſcipulis ſuis. ✠ Sedete hic, donec vadam illuc:
⁊ orem. C Et aſſumpto petro, ⁊ duobus filijs zebedei,
cępit contriſtari: ⁊ męſtus eſſe. Tunc ait illis. ✠ Tri-
ſtis eſt anima mea vſqꝫ ad mortem. Suſtinete hic: ⁊ vi
gilate mecum. C Et progreſſus puſillum, procidit in
faciem ſuam, orans, ⁊ dicens. ✠ Pater mi, ſi poſſibi
le eſt, tranſeat a me calix iſte. Veruntamen non ſicut ego
volo, ſed ſicut tu. C Et venit ad diſcipulos ſuos: ⁊ in
uenit eos dormientes. Et dicit petro. ✠ Sic? Non
potuiſtis vna hora vigilare mecum? Vigilate, ⁊ orate:
vt non intretis in tentationem. Spiritus quidem prom
ptus eſt: caro autem infirma. C Iterũ ſecundo abijt:
et orauit,

et orauit, dicens. ✠ Pater mi, ſi non poteſt hic calix tranſire, niſi bibam illum, fiat voluntas tua. ℭ Et venit iterum: ⁊ inuenit eos dormientes. Erant enim oculi eorum grauati. Et relictis illis, iterum abijt: ⁊ orauit tertio, eundem ſermonem dicens. Tunc venit ad diſcipulos ſuos: ⁊ dicit illis. ✠ Dormite iam, ⁊ requieſcite: ecce appropinquabit hora: ⁊ filius hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite, eamus: ecce appropinquauit, qui me tradet. ℭ Adhuc illo loquente: ecce iudas, vnus de duodecim, venit: ⁊ cum eo turba multa cum gladijs, ⁊ fuſtibus: miſſi a principibus ſacerdotum, ⁊ ſenioribus populi. Qui autem tradidit eum: dedit eis ſignum dicens. S Quemcunqꝫ oſculatus fuero: ipſe eſt, tenete eum. ℭ Et confeſtim accedens ad Ieſum, dixit. S Aue rabbi. ℭ Et oſculatus eſt eum. Dixitqꝫ illi Ieſus. ✠ Amice, ad quid veniſti? ℭ Tūc acceſſerunt, ⁊ manus iniecerunt in Ieſum: ⁊ tenuerunt eum. Et ecce vnus ex his qui erant cum Ieſu: extendens manum, exemit gladium ſuum: ⁊ percutiens ſeruū principis ſacerdotum, amputauit auriculam eius. Tūc ait illi Ieſus. ✠ Conuerte gladium tuum in locum ſuum. Omnes enim qui acceperint gladium: gladio peribunt. An putas, quia non poſſum rogare patrem meum: ⁊ exhibebit mihi modo pluſquam duodecim legiones angelorum? Quomodo ergo implebuntur ſcripturę? Quia ſic oportet fieri. ℭ In illa hora dixit Ieſus turbis. ✠ Tanquam ad latronem exiſtis cum gladijs ⁊ fuſtibus comprehendere me. Quotidie apud vos ſedebam docens in templo: ⁊ non me tenuiſtis. ℭ Hoc autem totum factum eſt: vt adimplerentur ſcripturę prophetarum. Tunc diſcipuli omnes, relicto eo, fugerunt. At illi tenentes Ieſum, duxerunt ad caypham principē ſacerdotum: vbi ſcribę, ⁊ ſeniores conuenerant. Petrus autem ſequebatur eum a longe: vſqꝫ in atrium principis

H cipis

Digitized by Google

cipis ſacerdotum. Et ingreſſus intro, ſedebat cum miniſtris: vt videret finem. Principes autem ſacerdotum ⁊ ſeniores, ⁊ omne concilium, quęrebant falſum teſtimonium cõtra Ieſum: vt eum morti traderent. Et nõ inuenerunt: cum multi falſi teſtes acceſſiſſent. Nouiſſime autem venerunt duo falſi teſtes: ⁊ dixerunt. S Hic dixit. Poſſum deſtruere templum dei: ⁊ poſt triduum reędificare illud. C Et ſurgens princeps ſacerdotum ait illi. S Nihil reſpondes ad ea, quę iſti aduerſum te teſtificantur? C Ieſus autem tacebat. Et princeps ſacerdotum ait illi. S Adiuro te per deum viuum: vt dicas nobis, ſi tu es chriſtus filius dei? C Dicit ei Ieſus. ✠ Tu dixiſti. Veruntamen dico vobis: amodo videbitis filium hominis ſedentẽ a dextris virtutis dei: ⁊ venientem in nubibus cęli. C Tunc princeps ſacerdotum ſcidit veſtimenta ſua, dicens. S Blaſphemauit. Quid adhuc egemus teſtibus? Ecce nunc audiſtis blaſphemiam: quid vobis videtur? C At illi reſpondentes, dixerunt. S Reus eſt mortis. C Tunc expuerũt in faciem eius: ⁊ colaphis eum ceciderunt. Alij autẽ palmas in faciem eius dederunt, dicentes. S Prophetiza nobis chriſte: quis eſt qui te percuſſit? C Petrus vero ſedebat foris in atrio. Et acceſſit ad eũ vna ancilla, dicens. S Et tu cũ Ieſu galilęo eras. C At ille negauit coram omnibus, dicens. S Neſcio quid dicis. C Exeunte autem illo ianuam, vidit eum alia ancilla: ⁊ ait his, qui erant ibi. S Et hic erat cum Ieſu nazareno. C Et iterum negauit cũ iuramento: quia non noui hominẽ. Et poſt puſillũ acceſſerunt qui aſtabant: ⁊ dixerunt petro. S Vere ⁊ tu ex illis es. Nam ⁊ loquela tua manifeſtum te facit. C Tunc cępit deteſtari, ⁊ iurare: quia non nouiſſet hominẽ. Et continuo gallus cantauit. Et recordatus eſt petrus verbi Ieſu, quod dixerat: priuſquã gallus cantet: ter me negabis.

Et

Et egreſſus foras, fleuit amare. Mane autẽ facto: con
ſilium inierunt omnes principes ſacerdotum, ⁊ ſeniores
populi aduerſus Jeſum: vt eum morti traderent. Et
vinctum adduxerunt eum: ⁊ tradiderunt pontio pilato
pręſidi. Tunc videns iudas, qui eũ tradidit, quod dam
natus eſſet: pęnitentia ductus, retulit triginta argenteos
principibus ſacerdotum, ⁊ ſenioribus, dicens. S Pec
caui: tradens ſanguinem iuſtum. C At illi dixerunt. S
Quid ad nos? Tu videris. C Et proiectis argenteis
in templo, receſſit: ⁊ abiens, laqueo ſe ſuſpendit. Prin
cipes autem ſacerdotũ acceptis argenteis, dixerunt. S
Non licet eos mittere in corbonam: quia preciũ ſangui-
nis eſt. C Concilio autẽ inito: emerunt ex illis agrum
figuli, in ſepulturam peregrinorum. Propter hoc, vo-
catus eſt ager ille acheldemach: hoc eſt, ager ſanguinis,
vſque in hodiernum diem. Tunc impletum eſt quod
dictum eſt per hieremiam prophetam, dicentẽ. Et acce
perunt triginta argenteos precium appreciati, quem ap
preciauerunt a filijs iſrael: ⁊ dederunt eos in agrum figu
li, ſicut conſtituit mihi dominus. Jeſus autem ſtetit an
te pręſidem. Et interrogauit eum pręſes, dicens. S Tu
es rex iudęorum? C Dicit ei Jeſus. ✠ Tu dicis. C
Et cum accuſaretur a principibus ſacerdotum, ⁊ ſenio-
ribus: nihil reſpondit. Tunc dicit illi pilatus. S Non
audis, quanta aduerſum te dicunt teſtimonia? C Et
non reſpondit ei ad vllum verbum: ita vt miraretur prę
ſes vehementer. Per diem autem ſolennem conſueue-
rat pręſes dimittere populo vnum vinctum, quẽ voluiſ-
ſent. Habebat autem tunc vnum vinctum inſignez: qui
dicebatur barabbas. Congregatis ergo illis: dixit pi-
latus. S Quem vultis dimittam vobis: barabbã, an
Jeſum, qui dicitur chriſtus? C Sciebat enim: quod
per inuidiam tradidiſſent eum. Sedente autem illo pro
tribunali: miſit ad eum vxor eius, dicens. S Nihil tibi,

⁊ iuſto illi. Multa enim paſſa ſum hodie per viſum, pro pter eum. ℂ Principes autem ſacerdotū, ⁊ ſeniores per ſuaſerunt populis, vt peterent barabbam: Ieſum vero perderent. Reſpondens autē preſes, ait illis. S Quē vultis vobis de duobus dimitti? ℂ At illi dixerunt. S Barabbam. ℂ Dicit illis pilatus. S Quid igitur faciam de Ieſu, qui dicitur chriſtus? ℂ Dicunt omnes. S Crucifigatur. ℂ Ait illis preſes. S Quid enim mali fecit? ℂ At illi magis clamabant, dicentes. S Crucifigatur. ℂ Videns autem pilatus quia nihil proficeret: ſed magis tumultus fieret: accepta aqua, lauit manus coram populo, dicens. S Innocens ego ſum a ſanguine iuſti huius. Vos videritis. ℂ Et reſpondens vniuerſus populus, dixit. S Sanguis eius ſuper nos: ⁊ ſuper filios noſtros. ℂ Tunc dimiſit illis barabbam: Ieſum vero flagellatum tradidit eis, vt crucifigeretur. Tunc milites preſidis ſuſcipientes Ieſum in pretorio: congregauerunt ad eum vniuerſam cohortem. Et exuentes eum, chlamydem coccineam circundederunt ei. Et plectentes coronam de ſpinis, poſuerunt ſuper caput eius: ⁊ arundinem in dextera eius. Et genu flexo ante eum, illudebant ei, dicentes. S Aue rex iudeorum. ℂ Et expuentes in eum, acceperunt arundinem: ⁊ percutiebant caput eius. Et poſtquam illuſerunt ei: exuerunt eum chlamyde: ⁊ induerunt eum veſtimentis eius: ⁊ duxerunt eum, vt crucifigerent. Exeuntes autem, inuenerunt hominē cyreneum, nomine ſimonem. Hunc angariauerunt: vt tolleret crucem eius. Et venerunt in locum, qui dicitur golgotha: quod eſt, caluarie locus. Et dederunt ei vinum bibere cum felle mixtum. Et cum guſtaſſet: noluit bibere. Poſtquam autem crucifixerunt eum: diuiſerunt veſtimenta eius, ſortē mittentes: vt adimpleretur, quod dictum eſt per prophetam, dicentē. Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea: ⁊ ſuper veſtem meam

Digitized by Google

meam miſerunt ſortem. Et ſedentes, ſeruabant eum. Et impoſuerunt ſuper caput eius cauſam ipſius ſcriptā. Hic eſt Jeſus rex iudęorum. Tunc crucifixi ſunt cuꝫ eo duo latrones: vnus a dextris, ⁊ vnus a ſiniſtris. Pręte reuntes autem blaſphemabant eum: mouentes capita ſua, ⁊ dicentes. S Vah, qui deſtruis templum dei: ⁊ in triduo illud reędificas. Salua temetipſum. Si filius dei es: deſcende de cruce. C Similiter ⁊ principes ſacer dotum illudentes cum ſenioribus, ⁊ ſcribis, dicebant. S Alios ſaluos fecit: ſe ipſum non poteſt ſaluum facere. Si rex iſrael eſt: deſcendat nunc de cruce: ⁊ credimus ei. Confidit in deo: liberet euꝫ nunc, ſi vult. Dixit eniꝫ: quia filius dei ſum. C Idipſum autem ⁊ latrones, qui crucifixi erant cum eo, improperabant ei. A ſexta autem hora, tenebrę factę ſunt ſuper vniuerſam terram: vſqꝫ in horam nonam. Et circa horam nonam, clamauit Jeſus voce magna, dicens. ✠ Eli, eli, lamazabachthani. C Hoc eſt. ✠ Deus meus, deus meus, vt quid dereliquiſti me? C Quidam autē illic ſtantes, ⁊ audientes, dicebant. S Heliam vocat iſte. C Et continuo currens vnus ex eis, acceptam ſpongiam impleuit aceto: ⁊ impoſuit arundini: ⁊ dabat ei bibere. Cęteri vero dicebant. S Sine, videamus an veniat helias, liberans eū. C Jeſus autem iterum clamans voce magna, emiſit ſpiritum. Hic pauſatur aliquantulum. Et ecce veluꝫ templi ſciſſum eſt in duas partes, a ſummo vſqꝫ deorſum. Et terra mota eſt: ⁊ petrę ſciſſę ſunt: ⁊ monumēta aperta ſunt: ⁊ multa corpora ſanctorum, qui dormierant, ſurrexerunt. Et exeuntes de monumentis poſt reſurrectionem eius, venerunt in ſanctam ciuitatem: ⁊ apparuerūt multis. Centurio autem, ⁊ qui cum eo erant, cuſtodientes Jeſum: viſo terręmotu, ⁊ his quę fiebant, timuerunt valde, dicentes. S Vere filius dei erat iſte. C Erant autem ibi mulieres multę a longe, quę ſecutę erāt

Jeſum

Digitized by Google

Ieſum a galilęa, miniſtrantes ei: inter quas erat maria magdalenę, ⁊ maria iacobi, ⁊ ioſeph mater: ⁊ mater filiorum zebedęi. Cum autem ſero factum eſſet: venit quidam homo diues ab arimathia, nomine ioſeph: qui ⁊ ipſe diſcipulus erat Ieſu. Hic acceſſit ad pilatũ: ⁊ petijt corpus Ieſu. Tunc pilatus iuſſit reddi corpus. Et accepto corpore ioſeph, inuoluit illud in ſindone munda: ⁊ poſuit illud in monumento ſuo nouo, quod exciderat in petra. Et aduoluit ſaxum magnum ad oſtium monumenti: ⁊ abijt. Erant autem ibi maria magdalenę: ⁊ altera maria: ſedentes contra ſepulchrum.

Altera autem die, quę eſt poſt paraſceuen: conuenerunt principes ſacerdotum, ⁊ phariſęi ad pilatum, dicentes. Domine, recordati ſumus, quia ſeductor ille dixit adhuc viuens: poſt tres dies reſurgam. Iube ergo cuſtodiri ſepulchrum vſqꝫ in diem tertium: ne forte veniant diſcipuli eius: ⁊ furentur eum: ⁊ dicant plebi: ſurrexit a mortuis. Et erit nouiſſimus error peior priore. Ait illis pilatus. Habetis cuſtodiam: ite: cuſtodite ſicut ſcitis. Illi autem abeuntes munierunt ſepulchrum: ſignantes lapidem cum cuſtodibus.

Feria ii hebdomadæ ſanctæ.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Iohannem. c. 12

In illo tempore. Ante ſex dies paſchę venit Ieſus bethaniam, vbi fuerat lazarus mortuus: quem ſuſcitauit Ieſus. Fecerunt autem ei cęnam ibi: ⁊ martha miniſtrabat. Lazarus vero vnus erat ex diſcumbentibus cum eo. Maria ergo accepit libram vnguenti nardi piſtici precioſi: ⁊ vnxit pedes Ieſu: ⁊ extersit capillis ſuis pedes eius: ⁊ domus impleta eſt ex odore vnguenti. Dicit ergo vnus ex diſcipulis eius iudas, ſchariotis, qui erat eum traditurus. Quare hoc vnguentum non venijt

Digitized by Google

venijt trecētis denarijs: ⁊ datū eſt egenis? Dixit autem hoc, nō quia ad eū pertinebat de egenis: ſed quia fur erat ⁊ loculos habēs, ea quę mittebātur, portabat. Dixit ergo Jeſus. Sinite illā: vt in diem ſepulturę meę ſeruet illud. Pauperes enim ſemper habebitis vobiſcū: me autem nō ſemper habebitis. Cognouit ergo turba multa ex iudęis, quia illic eſſet: ⁊ venerunt non propter Jeſum tantū: ſed vt lazarū viderent: quē ſuſcitauit a mortuis. Cogitauerunt autē principes ſacerdotū, vt ⁊ lazarum interficerent: quia multi propter illū abibant ex iudęis: ⁊ credebant in Jeſum. In craſtinū autē turba multa, quę venerat ad diem feſtum: cum audiſſent quia venit Jeſus hieroſolymam: acceperunt ramos palmarum: ⁊ proceſſerunt obuiā ei: ⁊ clamabant. Oſanna, benedictus qui venit in nomine domini, rex iſrael. Et inuenit Jeſus aſellum: ⁊ ſedit ſuper eum: ſicut ſcriptum eſt. Noli timere filia ſion: ecce rex tuus venit ſedens ſuper pullum aſinę. Hęc non cognouerunt diſcipuli eius primū: ſed quando glorificatus eſt Jeſus: tunc recordati ſunt, quia hęc erant ſcripta de eo: ⁊ hęc fecerunt ei. Teſtimoniū ergo perhibebat turba, quę erat cum eo: quando lazarum vocauit de monumento: ⁊ ſuſcitauit eum a mortuis. Propterea ⁊ obuiam venit ei turba: quia audierunt eum feciſſe hoc ſignum. Phariſei ergo dixerunt ad ſemetipſos. Videtis, quia nihil proficimus? Ecce mundus totus poſt eum abijt. Erant autem gentiles quidam ex his qui aſcenderant: vt adorarent in die feſto. Hi ergo acceſſerunt ad philippum, qui erat a bethſaida galilęę: ⁊ rogabant eum dicentes. Domine, volumus Jeſum videre. Venit philippus: ⁊ dicit andreę. Andreas rurſum, ⁊ philippus dixerunt Jeſu. Jeſus autem reſpondit eis, dicens. Venit hora: vt clarificetur filius hominis. Amen amen dico vobis: niſi granum frumenti cadens in terrā mortuum fuerit: ipſum ſolum

manet.

Digitized by Google

manet. Si autem mortuum fuerit: multum fructum af fert. Qui amat animam ſuam: perdet eam. Et qui odit animam ſuam in hoc mundo: in vitam ęternam cuſtodit eam. Si quis mihi miniſtrat: me ſaquatur. Et vbi ſum ego: illic ⁊ miniſter meus erit. Si quis mihi miniſtrauerit: honorificabit eum pater meus. Nunc anima mea turbata eſt. Et quid dicam? Pater, ſaluifica me ex hac hora. Sed propterea veni in horam hanc. Pater, clarifica nomen tuum. Venit ergo vox de cęlo, dicens. Et clarificaui: ⁊ iterum clarificabo. Turba ergo quę ſtabat, ⁊ audierat: dicebat tonitruum factum eſſe. Alij autem dicebant. Angelus ei locutus eſt. Reſpondit Jeſus: ⁊ dixit. Non propter me vox hęc venit: ſed propter vos. Nunc iudicium eſt mundi: nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Et ego ſi exaltatus fuero a terra: omnia traham ad meipſum. Hoc autem dicebat: ſignificans qua morte eſſet moriturus. Reſpondit ei turba. Nos audiuimus ex lege: quia chriſtus manet in ęternum. Et quomodo tu dicis: oportet exaltari filium hominis? Quis eſt iſte filius hominis? Dixit ergo eis Jeſus. Adhuc modicū lumen in vobis eſt. Ambulate, dum lucē habetis: vt non tenebrę vos comprehendant. Et qui ambulat in tenebris: neſcit quo vadat. Dum lucem habetis, credite in lucem: vt filij lucis ſitis. Hęc locutus eſt Jeſus: ⁊ abſcondit ſe ab eis.

Feria iii hebdomadæ ſanctæ.

Paſſio domini noſtri Jeſu Chriſti ſecundū Marcum. c. 14



IN illo tempore: Erat paſcha, ⁊ azima poſt biduum. Et quęrebant ſummi ſacerdotes ⁊ ſcribę, quomodo Jeſum dolo tenerent: ⁊ occiderent. Dicebant autem. ℣ Non in die feſto. ℂ Ne forte tumultus fieret in

ret in populo. Et cum eſſet Jeſus bethanię, in domo ſimonis leproſi, ꝛ recumberet: venit mulier habens ala baſtrum vnguenti nardi ſpicati precioſi: ꝛ fracto alaba ſtro, effudit ſuper caput eius. Erant autem quidam in digne ferentes intra ſemetipſos, ꝛ dicentes. S Vt quid perditio iſta vnguenti facta eſt? Poterat enim vn guentum iſtud venundari pluſquam trecentis denarijs: ꝛ dari pauperibus. C Et fremebant in eam. Jeſus autem dixit. ✠ Sinite eam. Quid illi moleſti eſtis? Bonum opus operata eſt in me. Semper enim paupe res habebitis vobiſcum: ꝛ cum volueritis: poteſtis il lis benefacere. Me autē non ſemper habebitis. Quod habuit, hęc fecit: pręuenit vngere corpus meum in ſe pulturam. Amen dico vobis: vbicunqꝫ pręedicatum fuerit euangelium iſtud in vniuerſo mundo: ꝛ quod hec fecit, narrabitur in memoriam eius. C Et iudas ſcha riothis, vnus de duodecim, abijt ad ſummos ſacerdo tes: vt proderet eum illis. Qui audientes gauiſi ſunt: ꝛ promiſerunt ei pecuniam ſe daturos. Et quęrebat quomodo illum opportune traderet. Et primo die azi morum, quando paſcha immolabant: dicunt ei diſcipu li. S Quo vis eamus: ꝛ paremus tibi: vt manduces paſcha? C Et mittit duos ex diſcipulis ſuis: ꝛ dicit eis. ✠ Jte in ciuitatem: ꝛ occurret vobis homo lage nā aquę baiulans. Sequimini eum: ꝛ quocunqꝫ introie rit: dicite domino domus: quia magiſter dicit. Vbi eſt refectio mea: vbi paſcha cum diſcipulis meis mandu cem? Et ipſe vobis demonſtrabit cęnaculum grande ſtratum: ꝛ illic parate nobis. C Et abierunt diſcipuli eius: ꝛ venerunt in ciuitatem: ꝛ inuenerunt ſicut dixe rat illis: ꝛ parauerunt paſcha. Veſpere autem facto, venit cum duodecim. Et diſcumbentibus eis, ꝛ man ducantibus, ait Jeſus. ✠ Amē dico vobis: quia vnus ex vobis me tradet: qui manducat mecum. C At illi

ceperunt contriſtari: ⁊ dicere ei ſingillatim. S Nun-
quid ego? C Qui ait illis. ✠ Unus ex duodecim: qui
intingit mecum manum in catino. Et filius quidem ho
minis vadit: ſicut ſcriptū eſt de eo. Vę autē homini illi:
per quem filius hominis tradetur. Bonum erat ei: ſi
non eſſet natus homo ille. C Et manducantibus illis,
accepit Jeſus panem: ⁊ benedicens fregit: ⁊ dedit eis:
⁊ ait. ✠ Sumite. Hoc eſt corpus meum. C Et ac-
cepto calice: gratias agens, dedit eis. Et biberunt ex
illo omnes. Et ait illis. ✠ Hic eſt ſanguis meus no-
ui teſtamenti: qui pro multis effundetur. Amen dico
vobis: quod iam non bibam de genimine vitis: vſq; in
diem illum, cum illud bibam nouum in regno dei. C
Et hymno dicto, exierunt in montem oliuarū. Et ait
illis Jeſus. ✠ Omnes ſcandalizabimini in me in no-
cte iſta: quia ſcriptum eſt. Percutiam paſtorem: ⁊ di-
ſpergentur oues. Sed poſteaquam reſurrexero: pręce-
dam vos in galilęam. C Petrus autem ait ei. S Et
ſi omnes ſcandalizati fuerint: ſed non ego. C Et ait il
li Jeſus. ✠ Amen dico tibi: quia tu hodie, in nocte
hac, priuſquam gallus bis vocem dederit: ter me es
negaturus. C At ille amplius loquebatur. S Et ſi
oportuerit me ſimul commori tibi: non te negabo. C
Similiter autem ⁊ omnes dicebant. Et veniunt in prę
dium, cui nomen gethſemani. Et ait diſcipulis ſuis. ✠
Sedete hic, donec orem. C Et aſſumit petrum, ⁊ iaco
bum, ⁊ iohannem ſecum: ⁊ cępit pauere, ⁊ tędere. Et ait
illis. ✠ Triſtis eſt anima mea vſq; ad mortem. Su-
ſtinete hic: ⁊ vigilate mecum. C Et cū proceſſiſſet pau
lulum: procidit ſuper terram: ⁊ orabat: vt, ſi fieri poſſet,
tranſiret ab eo hora. Et dixit. ✠ Abba pater, omnia
poſſibilia ſunt tibi: transfer calicem hunc a me. Sed nō
quod ego volo: ſed quod tu. C Et venit: ⁊ inuenit eos
dormientes. Et ait petro. ✠ Simon dormis? Non
potuiſti

potuiſti vna hoꝛa vigilare mecum? Vigilate, ⁊ oꝛate: vt
non intretis in tentationem. Spiritus quidem pꝛom-
ptus eſt: caro autem infirma. ¶ Et iterū abiens: oꝛa-
uit eundem ſermonem, dicens. Et reuerſus denuo: in-
uenit eos doꝛmientes. Erant enim oculi eoꝛum graua-
ti: ⁊ ignoꝛabant, quid reſponderent ei. Et venit tertio:
⁊ ait illis. ✠ Doꝛmite iam: ⁊ requieſcite. Sufficit.
Venit hoꝛa: ecce tradetur filius hominis in manus pec
catoꝛum. Surgite, eamus: ecce qui me tradet, pꝛope eſt.
¶ Et adhuc eo loquente, venit iudas ſcarioth, vnus
ex duodecim: ⁊ cum illo turba multa cum gladijs, ⁊ li-
gnis, miſſi a ſummis ſacerdotibus, ⁊ ſcribis, ⁊ ſenioꝛi-
bus. Dederat autem traditoꝛ eis ſignum, dicens. S
Quemcunqꝫ oſculatus fuero, ipſe eſt: tenete eum: ⁊ du
cite caute. ¶ Et cum veniſſet: ſtatim accedens ad eum
ait. S Rabbi. ¶ Et oſculatus eſt eum. At illi ma
nus iniecerunt in Jeſum: ⁊ tenuerunt eū. Vnus autē de
circunſtantibus educens gladium, percuſſit ſeruum ſum
mi ſacerdotis: ⁊ amputauit illi auriculam. Et reſpon-
dens Jeſus, ait illis. ✠ Tanquam ad latronem exiſtis
cum gladijs, ⁊ lignis, cōpꝛehendere me. Quotidie apud
vos eram docens in templo: ⁊ non me tenuiſtis. Sed
vt impleantur ſcripturę. ¶ Tunc diſcipuli eius relin-
quentes eum, omnes fugerunt. Adoleſcens autē qui-
dam ſequebatur eum, amictus ſindone ſuper nudo: ⁊
tenuerunt eum. At ille relicta ſindone, nudus pꝛofugit
ab eis. Et adduxerunt Jeſum ad ſummū ſacerdotem:
⁊ conuenerunt omnes ſacerdotes, ⁊ ſcribę, ⁊ ſenioꝛes.
Petrus autem a longe ſecutus eſt eum, vſqꝫ in atrium
ſummi ſacerdotis: ⁊ ſedebat cum miniſtris: ⁊ calefacie-
bat ſe ad ignem. Summi vero ſacerdotes, ⁊ omne con
cilium quęrebant aduerſus Jeſum teſtimonium: vt eum
moꝛti traderent: nec inueniebant. Multi enim teſtimo
nium falſum dicebant aduerſus eum: ⁊ conuenientia te

ſtimonia non erant. Et quidam ſurgentes, falſum teſti
monium ferebant aduerſus eum, dicentes. S. Nos au
diuimus eum dicentem. Ego diſſoluam templum hoc
manufactum: ⁊ poſt triduum, aliud non manufactũ ędi
ficabo. C. Et non erat conueniens teſtimoniũ illorum.
Et exurgens ſummus ſacerdos in medium, interroga
uit Ieſum dicens. S. Non respondes quicquam ad
ea, quę tibi obijciuntur ab his? C. Ille autẽ tacebat:
⁊ nihil reſpondit. Rurſum ſummus ſacerdos interro
gauit eum: ⁊ dixit ei. S. Tu, es chriſtus, filius dei be
nedicti? C. Ieſus autẽ dixit illi. ✠ Ego ſum. Et vi
debitis filium hominis ſedentem a dextris virtutis dei:
⁊ venientem cum nubibus cęli. C. Summus autem
ſacerdos ſcindens veſtimenta ſua, ait. S. Quid adhuc
deſideramus teſtes? Audiſtis blaſphemiam. Quid
vobis videtur? C. Qui omnes condemnauerunt eum
eſſe reum mortis. Et cęperunt quidam conſpuere eum:
⁊ velare faciem eius: ⁊ colaphis eum cędere, ⁊ dicere ei.
S. Prophetiza. C. Et miniſtri, alapis eum cędebant.
Et cum eſſet petrus in atrio deorſum: venit vna ex an
cillis ſummi ſacerdotis. Et cum vidiſſet petrum calefa
cientem ſe: aſpiciens illum, ait. S. Et tu cum Ieſu na-
zareno eras. C. At ille negauit, dicens. S. Neq; ſcio:
neq; noui quid dicas. C. Et exijt foras ante atrium: ⁊
gallus cantauit. Rurſum autem cum vidiſſet illum alia
ancilla: cępit dicere circunſtantibus. S. Quia hic ex il-
lis eſt. C. At ille iterum negauit. Et poſt puſillum,
rurſum qui aſtabant, dicebant petro. S. Vere ex illis
es: nam ⁊ galilęus es. C. Ille autem cępit anathema
tizare, ⁊ iurare: quia neſcio hominem iſtum, quem di-
citis. Et ſtatim iterum gallus cantauit. Et recordatus
eſt petrus verbi, quod dixerat ei Ieſus: priuſquam gal-
lus cantet bis: ter me negabis. Et cępit flere. Et con
feſtim mane conſilium facientes ſummi ſacerdotes, cum

ſenioribus

ſenioribus, ⁊ ſcribis, ⁊ vniuerſo concilio: vinciẽtes Je
ſum, duxerunt: ⁊ tradiderũt pilato. Et interogauit eum
pilatus. S Tu es rex iudȩorũ? C At ille reſpondens
ait illi. ✠ Tu dicis. C Et accuſabant eum ſummi ſa
cerdotes in multis. Pilatus autem rurſus interrogauit
eum, dicens. S Non reſpondes quicquam? Vide
in quantis te accuſant? C Jeſus autem amplius nihil
reſpondit: ita vt miraretur pilatus. Per diem autem fe
ſtum ſolebat dimittere illis vnum ex vinctis: quẽcunq;
petiiſſent. Erat autẽ qui dicebatur barabbas: qui cum
ſeditioſis erat vinctus: qui in ſeditione fecerat homicidi
um. Et cum aſcendiſſet turba: cȩpit rogare, ſicut ſem-
per faciebat illis. Pilatus autem reſpondit eis: ⁊ dixit.
S Vultis dimittam vobis regem iudȩorum? C Scie
bat enim: quod per inuidiam tradidiſſent eum ſummi ſa
cerdotes. Pontifices autem concitauerunt turbam: vt
magis barabbam dimitteret eis. Pilatus autem iterum
reſpondens: ait illis. S Quid ergo vultis faciam regi
iudȩorum? C At illi iterum clamauerunt. S Crucifi
ge eum. C Pilatus vero dicebat eis. S Quid enim
mali fecit? C At illi magis clamabant. S Crucifige
eum. C Pilatus autem volens populo ſatisfacere, di
miſit illis barabbam: ⁊ tradidit Jeſum flagellis cȩſum:
vt crucifigeretur. Milites autem duxerunt eum intro in
atrium prȩtorij: ⁊ conuocant totam cohortem. Et in-
duunt eum purpura: ⁊ imponunt ei plectentes ſpineam
coronam: ⁊ cȩperunt ſalutare eum. S Aue, rex iudȩo-
rum. C Et percutiebant caput eius arundine: ⁊ con-
ſpuebant eum. Et ponentes genua, adorabant eum.
Et poſtquam illuſerunt ei: exuerunt illũ purpura: ⁊ in-
duerunt eum veſtimentis ſuis: ⁊ eduxerunt illũ, vt cru
cifigerent eum. Et angariauerunt prȩtereuntem quem-
piam ſimonem cyrenȩum, venientem de villa: patrẽ ale-
xandri, ⁊ rufi: vt tolleret crucem eius. Et perducunt il

lum

Digitized by Google

lum in golgotha locum: quod eſt interpretatum, caluarię locus. Et dabant ei bibere myrrhatum vinum: & non accepit. Et crucifigentes eum, diuiſerunt veſtimenta eius: mittentes ſortem ſuper eis: quis quid tolleret. Erat autē hora tertia: & crucifixerunt eum. Et erat titulus cauſę eius inſcriptus: rex iudęorum. Et cum eo crucifixerunt duos latrones: vnum a dextris, & alium a ſiniſtris eius. Et adimpleta eſt ſcriptura, quę dicit. Et cum iniquis deputatus eſt. Et prętereuntes, blaſphemabant eum: mouentes capita ſua, & dicentes. S Vah qui deſtruis templum dei: & in tribus diebus rędificas. Saluum fac temetipſum: deſcendens de cruce. C Similiter & ſummi ſacerdotes illudentes ad alterutrum cum ſcribis, dicebant. S Alios ſaluos fecit: ſeipſum non poteſt ſaluum facere. Chriſtus rex iſrael eſt: deſcendat nunc de cruce: vt videamus, & credamus. C Et qui cum eo crucifixi erant: conuitiabantur ei. Et facta hora ſexta, tenebrę factę ſunt ſuper totam terram, vſq; in horam nonam. Et hora nona exclamauit Jeſus voce magna, dicens. ✠ Eloy, eloy, lamazabachthani? C Quod eſt interpretatum. ✠ Deus meus, deus meus, vt quid dereliquiſti me? C Et quidam de circumſtantibus audientes, dicebant. S Ecce eliā vocat. C Currens autem vnus, & implens ſpongiā aceto: circumpónenſq; calamo: potum dabat ei, dicens. S Sinite: videamus ſi veniat elias ad deponendum eum. C Jeſus autē emiſſa voce magna, expirauit. Hic pauſatur aliquantulum. Et velum tēpli ſciſſum eſt in duo: a ſummo vſq; deorſum. Videns autem centurio, qui ex aduerſo ſtabat: quia ſic clamans expiraſſet: ait. S Vere hic homo, filius dei erat. C Erant autem & mulieres de longe aſpicientes: inter quas erat maria magdálenę, & maria iácobi minoris: & ioſeph mater, & ſálome. Et cum eſſet in galilęa, ſequebantur eum: & miniſtrabant

ſtrabant ei. Et alię multę: quę ſimul cum eo aſcenderant hieroſolymam.

ET cum iam ſero eſſet factum, quia erat paraſceue: quod eſt ante ſabbatū: venit ioſeph ab arimathia, nobilis decurio: qui ⁊ ipſe erat expectans regnum dei. Et audacter introiuit ad pilatum: ⁊ petijt corpus Jeſu. Pilatus autem mirabatur, ſi iam obijſſet. Et accerſito centurione, interrogauit eum ſi iam mortuus eſſet. Et cum cognouiſſet a centurione: donauit corpus ioſeph. Joſeph autem mercatus ſindonem, ⁊ deponens eum, inuoluit ſindone: ⁊ poſuit eū in monumento, quod erat exciſum in petra. Et aduoluit lapidem ad oſtium monumenti.

Feria iiii hebdomadæ ſanctæ.

c.22 Paſſio domini noſtri Jeſu Chriſti ſecundū Lucam.



IN illo tempore. Appropinquabat dies feſtus azimorum, qui dicitur paſcha: ⁊ quęrebant principes ſacerdotū, ⁊ ſcribę: quomodo Jeſum interficerent. Timebant vero plebem. Intrauit autem ſathanas in iudam, qui cognominabatur ſcarioth, vnū de duodecim: ⁊ abijt: ⁊ locutus eſt cum principibus ſacerdotū, ⁊ magiſtratibus: quemadmodū illum traderet eis. Et gauiſi ſunt: ⁊ pacti ſunt pecuniam illi dare. Et ſpopondit. Et quęrebat opportunitatem: vt traderet illum ſine turbis. Venit autem dies azimorum: in qua neceſſe erat occidi paſcha: ⁊ miſit petrum, ⁊ iohannem, dicens. ✠ Euntes, parate nobis paſcha: vt manducemus. C. At illi dixerunt. Vbi vis paremus? C. Et dixit ad eos. ✠ Ecce introeuntibus vobis in ciuitatem, occurret vobis homo, amphorā aquę portans. Sequimini eum in domum, in quam intrat: ⁊ dicetis patrifamilias domus.

domus. Dicit tibi magiſter. Vbi eſt diuerſorium: vbi paſcha cum diſcipulis meis manducem? Et ipſe vobis oſtendet cęnaculum magnum ſtratum: ⁊ ibi parate. ¶ Euntes autem inuenerunt ſicut dixit illis Jeſus: ⁊ parauerunt paſcha. Et cū facta eſſet hora, diſcubuit: ⁊ duodecim apoſtoli cum eo. Et ait illis. ✠ Deſiderio deſideraui hoc paſcha manducare vobiſcum: antequā patiar. Dico enim vobis: quia ex hoc non manducabo illud: donec impleatur in regno dei. ¶ Et accepto calice, gratias egit: ⁊ dixit. ✠ Accipite, ⁊ diuidite inter vos. Dico enim vobis, quod non bibam de generatione vitis: donec regnum dei veniat. ¶ Et accepto pane, gratias egit: ⁊ fregit: ⁊ dedit eis dicens. ✠ Hoc eſt corpus meum: quod pro vobis tradetur. Hoc facite in meam commemorationem. ¶ Similiter ⁊ calicē, poſtquam cęnauit, dicens. ✠ Hic eſt calix, nouū teſtamentum in ſanguine meo: qui pro vobis fundetur. Veruntamen, ecce manus tradentis me, mecum eſt in menſa. Et filius quidem hominis, ſecundum quod definitum eſt, vadit: veruntamen vę homini illi, per quem tradetur. ¶ Et ipſi cęperunt quęrere inter ſe: quis eſſet ex eis, qui hoc facturus eſſet. Facta eſt autem ⁊ contentio inter eos: quis eorū videretur eſſe maior. Dixit autem eis. ✠ Reges gentium dominantur eorum: ⁊ qui poteſtatem habent ſuper eos: benefici vocantur. Vos autē non ſic: ſed qui maior eſt in vobis: fiat ſicut iunior. Et qui pręceſſor eſt: ſicut miniſtrator. Nam quis maior eſt: qui recumbit, an qui miniſtrat? Nonne qui recumbit? Ego autem in medio veſtrū ſum: ſicut qui miniſtrat. Vos autem eſtis: qui permanſiſtis mecū in tentationibus meis. Et ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi pater meus regnū: vt edatis, ⁊ bibatis ſuper menſam meā, in regno meo: ⁊ ſedeatis ſuper thronos: iudicantes duodecim tribus iſrael. ¶ Ait autem do-

minus

Digitized by Google

minus ſimoni. ✠ Simon, ecce ſathanas expetiuit vos: vt cribraret ſicut triticum. Ego autem rogaui pro te: vt non deficiat fides tua. Et tu aliquãdo conuerſus, confirma fratres tuos. C. Qui dixit ei. S Domine, tecũ paratus ſum, ⁊ in carcerem, ⁊ in mortem ire. C. Et ille dixit. ✠ Dico tibi petre: non cantabit hodie gallus: donec ter abneges noſſe me. C. Et dixit eis. ✠ Quãdo miſi vos ſine ſacculo, ⁊ pera, ⁊ calciamentis: nunquid aliquid defuit vobis? C. At illi dixerunt. S Nihil. C. Dixit ergo eis. ✠ Sed nunc qui habet ſacculum: tollat ſimiliter ⁊ peram. Et qui non habet: vendat tunicam ſuam: ⁊ emat gladium. Dico enim vobis: quoniam adhuc hoc, quod ſcriptum eſt, oportet impleri in me. Et cum iniquis deputatus eſt. Etenim ea quę ſunt de me, finem habent. C. At illi dixerunt. S Domine: ecce gladij duo hic. C. At ille dixit eis. ✠ Satis eſt. C. Et egreſſus, ibat ſecundum conſuetudinem in montem oliuarum. Secuti ſunt autem illum ⁊ diſcipuli. Et cum perueniſſet ad locum: dicit illis. ✠ Orate: ne intretis in tentationem. C. Et ipſe auulſus eſt ab eis, quantum iactus eſt lapidis: ⁊ poſitis genibus orabat, dicens. ✠ Pater, ſi vis: transfer calicem iſtum a me. Veruntamen, non mea voluntas, ſed tua fiat. C. Apparuit autem illi angelus de cęlo: confortans eum. Et factus in agonia: prolixius orabat. Et factus eſt ſudor eius, ſicut guttę ſanguinis, decurrentis in terram. Et cum ſurrexiſſet ab oratione: ⁊ veniſſet ad diſcipulos ſuos: inuenit eos dormientes prę triſtitia. Et ait illis. ✠ Quid dormitis? Surgite: orate: ne intretis in tentationem. C. Adhuc eo loquente: ecce turba, ⁊ qui vocabatur iudas, vnus de duodecim, antecedebat eos. Et appropinquauit Jeſu: vt oſcularetur eum. Jeſus autem dixit illi. ✠ Juda, oſculo filium hominis tradis? C. Videntes autem hi, qui circa ipſum erant, quod fu

turum erat: dixerunt ei. S Domine, ſi percutimus in gladio? C Et percuſſit vnus ex illis ſeruum principis ſacerdotum: ⁊ amputauit auriculam eius dexteram. Reſpondens autem Jeſus, ait. ✠ Sinite vſqꝫ huc. C Et cum tetigiſſet auriculam eius: ſanauit eum. Dixit autem Jeſus ad eos, qui venerant ad ſe principes ſacerdotum, ⁊ magiſtratus templi, ⁊ ſeniores. ✠ Quaſi ad latronem exiſtis, cum gladijs, ⁊ fuſtibus: cum quotidie vobiſcum fuerim in templo: ⁊ non extendiſtis manus in me. Sed hęc eſt hora veſtra, ⁊ poteſtas tenebrarum. C Comprehendentes autem eum, duxerunt ad domum principis ſacerdotum. Petrus vero ſequebatur eum a longe. Accenſo autem igne in medio atrij: ⁊ circumſedentibus illis: erat petrus in medio eorum. Quem cum vidiſſet ancilla quędam ſedentem ad lumen: ⁊ eum fuiſſet intuita: dixit. S Et hic cum illo erat. C At ille negauit eum dicens. S Mulier, non noui illum. C Et poſt puſillū: alius videns eum, dixit. S Et tu de illis es. C Petrus vero ait. S O homo non ſum. C Et interuallo facto quaſi horę vnius: alius quidam affirmabat, dicens. S Vere ⁊ hic cū illo erat. Nam ⁊ galilęus eſt. C Et ait petrus. S Homo, neſcio quid dicis. C Et adhuc continuo illo loquente, cantauit gallus. Et conuerſus dominus, reſpexit petrum. Et recordatus eſt petrus verbi domini ſicut dixerat: quia priuſquam gallus cantet: ter me negabis. Et egreſſus petrus foras, fleuit amare. Et viri qui tenebant eum: illudebant ei, cędentes. Et velauerunt eum: ⁊ percutiebant faciem eius: ⁊ interrogabant eum dicentes. S Prophetiza: quis eſt qui te percuſſit? C Et alia multa blaſphemantes, dicebant in eum. Et vt factus eſt dies: conuenerunt ſeniores plebis, ⁊ principes ſacerdotum, ⁊ ſcribę: ⁊ duxerunt illū in concilium ſuū, dicentes. S Si tu es chriſtus: dic nobis. C Et

Digitized by Google

ait illis. ✠ Si vobis dixero: non credetis mihi. Si autem ⁊ interrogauero: non reſpondebitis mihi: neq; dimittetis. Ex hoc autē, erit filius hominis ſedens a dextris virtutis dei. C. Dixerunt autē omnes. S. Tu es ergo filius dei? C. Qui ait. ✠ Vos dicitis: quia ego ſum. C. At illi dixerunt. S. Quid adhuc deſideramus teſtimoniū? Ipſi enim audiuimus de ore eius. C. Et ſurgens omnis multitudo eorum: duxerunt illum ad pilatum. Cęperunt autem illū accuſare, dicentes. S. Hūc inuenimus ſubuertentem gentem noſtram: ⁊ prohibentem tributa dari cęſari: ⁊ dicentem ſe chriſtū regem eſſe. C. Pilatus autem interrogauit eum, dicens. S. Tu es rex iudęorum? C. At ille reſpondens, ait. ✠ Tu dicis. C. Ait autem pilatus ad principes ſacerdotum, ⁊ turbas. S. Nihil inuenio cauſę in hoc homine. C. At illi inualeſcebant, dicentes. S. Commouit populum, docens per vniuerſam iudęam: incipiens a galilęa vſq; huc. C. Pilatus autem audiens galilęam: interrogauit ſi homo galileus eſſet. Et vt cognouit quod de herodis poteſtate eſſet: remiſit eum ad herodem: qui ⁊ ipſe hieroſolymis erat illis diebus. Herodes autem viſo Jeſu, gauiſus eſt valde. Erat enim ex multo tēpore cupiens videre eum: eo quod multa audierat de illo: ⁊ ſperabat ſignum aliquod videre ab eo fieri. Interrogabat autem illum multis ſermonibus. At ipſe nihil reſpondebat. Stabant etiam principes ſacerdotum, ⁊ ſcribę: conſtanter accuſantes eum. Spreuit autem illum herodes cum exercitu ſuo: ⁊ illuſit, indutum veſte alba: ⁊ remiſit ad pilatum. Et facti ſunt amici herodes, ⁊ pilatus in ipſa die: nam antea, inimici erant adinuicem. Pilatus autē conuocatis principibus ſacerdotum, ⁊ magiſtratibus, ⁊ plebe, dixit ad illos. S. Obtuliſtis mihi hunc hominem, quaſi auertentem populum: ⁊ ecce ego coram vobis interrogans: nullam cauſam inuenio in homine iſto: ex his

Digitized by Google

in quibus eum accuſatis. Sed neq; herodes. Nam re
miſi vos ad illum: ⁊ ecce nihil dignum morte actum eſt
ei. Emendatum ergo illum dimittam. ℂ Neceſſe au-
tem habebat dimittere eis per diem feſtum vnum. Ex-
clamauit autem ſimul vniuerſa turba, dicens. S Tolle
hunc: ⁊ dimitte nobis barabbam. ℂ Qui erat prop-
ter ſeditionem quandam factã in ciuitate, ⁊ homicidium
miſſus in carcerem. Iterum autem pilatus locutus eſt
ad illos: volens dimittere Jeſum. At illi ſucclamabant
dicentes. S Crucifige, crucifige eum. ℂ Jlle autem
tertio dixit ad illos. S Quid enim mali fecit iſte? Nul
lam cauſam mortis inuenio in eo. Corripiam ergo illũ:
⁊ dimittam. ℂ At illi inſtabant vocibus magnis po-
ſtulantes: vt crucifigeretur. Et inualeſcebant voces eo-
rum. Et pilatus adiudicauit fieri petitionem eorũ. Di
miſit autem illis eum, qui propter homicidium, ⁊ ſeditio
nem miſſus fuerat in carcerem, quem petebant. Jeſum
vero tradidit voluntati eorum. Et cum ducerent eum:
apprehenderunt ſimonem quendam cyrenenſem venien
tem de villa: ⁊ impoſuerunt illi crucem portare poſt Je
ſum. Sequebatur autem illum multa turba populi, ⁊
mulierum: quę plangebant, ⁊ lamentabantur eum. Con
uerſus autem ad illas Jeſus, dixit. ✠ Filię hieruſalem:
nolite flere ſuper me: ſed ſuper voſipſas flete, ⁊ ſuper fi
lios veſtros. Quoniã ecce venient dies: in quibus di-
cent. Beatę ſteriles, ⁊ ventres, qui nõ genuerunt: ⁊ vbe
ra, quę non lactauerunt. Tunc incipient dicere monti-
bus: cadite ſuper nos: ⁊ collibus: operite nos. Quia
ſi in viridi ligno hoc faciunt: in arido quid fiet? ℂ Du
cebantur autem ⁊ alij duo nequam cum eo: vt interfice
rentur. Et poſtquam venerunt in locum, qui vocatur
caluarię: ibi crucifixerunt eum. Et latrones, vnũ a dex
tris: ⁊ alterum a ſiniſtris. Jeſus autẽ dicebat. ✠ Pa
ter, dimitte illis: non enim ſciunt quid faciunt. ℂ Diui
dentes

Digitized by Google

dentes vero veſtimenta eius: miſerunt ſortes. Et ſtabat
populus expectans: ⁊ deridebant eum principes cum eis
dicentes. S Alios ſaluos fecit: ſeipſum ſaluum faciat:
ſi hic eſt chriſtus, dei electus. C Illudebant autem ei
⁊ milites accedentes: ⁊ acetum offerentes illi, ⁊ dicen-
tes. S Si tu es rex iudęorum: ſaluum te fac. C Erat
autem ⁊ ſuperſcriptio ſcripta ſuper illum literis gręcis,
⁊ latinis, ⁊ hebraicis. Hic eſt rex iudęorum. Vnus au
tē de his qui pendebant latronibus: blaſphemabat eum
dicens. S Si tu es chriſtus: ſaluum fac temetipſum, ⁊
nos. C Reſpondens autem alter: increpabat eum di-
cens. S Neqꝫ tu times deum: qui in eadem damnatio
ne es. Et nos quidē iuſte: nam digna factis recipimus.
Hic vero, nihil mali geſſit. C Et dicebat ad Jeſum.
S Domine, memento mei: cum veneris in regnum tu-
um. C Et dixit illi Jeſus. ✠ Amen dico tibi: hodie
mecum eris in paradiſo. C Erat autem fere hora ſex-
ta: ⁊ tenebrę factę ſunt in vniuerſa terra, vſqꝫ in horā no
nam. Et obſcuratus eſt ſol: ⁊ velum templi ſciſſum eſt
medium. Et clamans voce magna Jeſus, ait. ✠ Pa-
ter, in manus tuas commendo ſpiritum meum. C Et
hęc dicens, expirauit. Hic pauſatur aliquantulum. Vi
dens autem centurio quod factum fuerat: glorificauit de
um, dicens. S Vere, hic homo iuſtus erat. C Et om
nis turba eorum qui ſimul aderant ad ſpectaculū iſtud:
⁊ videbant quę fiebant: percutientes pectora ſua, reuer
tebantur. Stabant autem omnes noti eius a longe: ⁊
mulieres, quę ſecutę erant eum a galilęa, hęc videntes.
ET ecce vir nomine ioſeph, qui erat decurio, vir bo
nus, ⁊ iuſtus: hic non conſenſerat conſilio, ⁊ acti-
bus eorū: ab arimathia ciuitate iudęę: qui expectabat ⁊
ipſe regnū dei. Hic acceſſit ad pilatum: ⁊ petijt corpus
Jeſu. Et depoſitū inuoluit in ſindone: ⁊ poſuit eū in mo
numento exciſo: in quo nondum quiſquā poſitus fuerat.

Sequentia

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Johannem.



IN illo tempore. Ante diem feſtum paſchę, ſciens Jeſus quia venit hora eius: vt tranſeat ex hoc mundo ad patrem: cum dilexiſſet ſuos, qui erant in mundo: in finem dilexit eos. Et cęna facta: cum diabolus iam miſiſſet in cor, vt traderet eum iudas ſimonis ſcariothis: ſciens quia omnia dedit ei pater in manus: et quia a deo exiuit: et ad deum vadit: ſurgit a cęna: et ponit veſtimenta ſua. Et cum accepiſſet linteum: pręcinxit ſe. Deinde miſit aquam in peluim: et cępit lauare pedes diſcipulorum: et extergere linteo, quo erat pręcinctus. Venit ergo ad ſimonem petrum. Et dicit ei petrus. Domine, tu mihi lauas pedes? Reſpondit Jeſus: et dixit ei. Quod ego facio, tu neſcis modo: ſcies autem poſtea. Dicit ei petrus. Non lauabis mihi pedes in ęternum. Reſpondit ei Jeſus. Si non lauero te: non habebis partem mecum. Dicit ei ſimon petrus. Domine, non tantum pedes meos: ſed et manus, et caput. Dixit ei Jeſus. Qui lotus eſt: non indiget, niſi vt pedes lauet: ſed eſt mundus totus. Et vos mundi eſtis: ſed non omnes. Sciebat enim quiſnam eſſet, qui traderet eū: propterea dixit: non eſtis mundi omnes. Poſtquam ergo lauit pedes eorum: accepit veſtimenta ſua: et cū recubuiſſet: iterum dixit eis. Scitis quid fecerim vobis? Vos vocatis me magiſter, et domine: et bene dicitis. Sum etenim. Si ergo ego laui pedes veſtros, dominus, et magiſter: et vos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum enim dedi vobis: vt quemadmodum ego feci vobis: ita et vos faciatis.

Egreſſus



c.18 EGreſſus eſt Jeſus cum diſcipulis ſuis, trans torrentem cedron, vbi erat hortus: in quem introiuit ipſe, ⁊ diſcipuli eius. Sciebat autem ⁊ iudas, qui tradebat eum, locum: quia frequenter Jeſus conuenerat illuc, cum diſcipulis ſuis. Judas ergo cum accepiſſet cohortem, ⁊ a pontificibus, ⁊ phariſęis miniſtros: venit illuc cum laternis, ⁊ facibus, ⁊ armis. Jeſus itaqꝫ ſciens omnia, quę ventura erant ſuper eum: proceſſit ⁊ dixit eis. ✠ Quem quęritis? C. Reſponderunt ei. S Jeſum nazarenum. C. Dixit eis Jeſus. ✠ Ego ſum. C. Stabat autem ⁊ iudas, qui tradebat eum, cum ipſis. Vt ergo dixit eis, ego ſum: abierunt retrorſum: ⁊ ceciderunt in terram. Iterum ergo interrogauit eos. ✠ Quem quęritis? C. Illi autē dixerunt. S Jeſum nazarenum. C. Reſpondit Jeſus. ✠ Dixi vobis: quia ego ſum. Si ergo me quęritis: ſinite hos abire. C. Vt impleretur ſermo, quem dixit: quia quos dediſti mihi, non perdidi ex eis quenquam. Simon ergo petrus habens gladium, eduxit eum: ⁊ percuſſit pontificis ſeruum: ⁊ abſcidit auriculam eius dexteram. Erat autem nomen ſeruo malchus. Dixit ergo Jeſus petro. ✠ Mitte gladium tuum in vaginam. Calicem quē dedit mihi pater: non vis vt bibam illum? C. Cohors ergo, ⁊ tribunus, ⁊ miniſtri iudęorum comprehenderunt Jeſum: ⁊ ligauerunt eum: ⁊ adduxerunt eum ad annam primum. Erat enim ſocer caiphę: qui erat pontifex anni illius. Erat autem caiphas, qui conſilium dederat iudęis: quia expedit vnū hominem mori pro populo. Sequebatur autē Jeſum, ſimon petrus, ⁊ alius diſcipulus. Diſcipulus autem ille erat notus pontifici: ⁊ introiuit cum Jeſu in atriū pontificis. Petrus autem ſtabat ad hoſtium foris. Exiuit ergo diſcipulus alius, qui erat notus pontifici: ⁊ dixit hoſtiarię: ⁊ introduxit petrum. Dixit ergo petro an

cilla

cilla hoſtiaria. S Nunquid ⁊ tu ex diſcipulis es homi nis iſtius? C. Dixit ille. S Non ſum. C. Stabant autem ſerui, ⁊ miniſtri ad prunas: quia frigus erat: ⁊ ca leſaciebant ſe. Erat autem cum eis ⁊ petrus ſtans: ⁊ ca leſaciens ſe. Pontifex ergo interrogauit Jeſum de diſci pulis ſuis: ⁊ de doctrina eius. Reſpondit ei Jeſus. ✠ Ego palam locutus ſum mundo. Ego ſemper do cui in ſynagoga, ⁊ in templo, quo omnes iudęi conue niunt: ⁊ in occulto locutus ſum nihil. Quid me inter rogas? Interroga eos qui audierũt: quid locutus ſum ipſis. Ecce hi ſciunt: quę dixerim ego. C. Hęc autem cum dixiſſet: vnus aſſiſtens miniſtrorum, dedit alapam Jeſu, dicens. S Sic reſpondes pontifici? C. Re ſpondit ei Jeſus. ✠ Si male locutus ſum: teſtimoniũ perhibe de malo. Si autem bene: quid me cędis? C. Et miſit eum annas ligatum ad caipham pontificem. Erat autem ſimon petrus ſtans: ⁊ calefaciens ſe. Dixe runt ergo ei. S Nunquid ⁊ tu ex diſcipulis eius es? C. Negauit ille: ⁊ dixit. S Non ſum. C. Dicit ei vnus ex ſeruis pontificis: cognatus eius, cuius abſcidit petrus auriculam. S Nonne ego te vidi in horto cum illo? C. Iterum ergo negauit petrus: ⁊ ſtatim gallus canta uit. Adducunt ergo Jeſum a caipha, in prętorium. Erat autem mane. Et ipſi non introierunt in prętoriũ: vt non contaminarentur: ſed vt manducarent paſcha. Exiuit ergo pilatus ad eos foras: ⁊ dixit. S Quam ac cuſationem affertis aduerſus hominem hunc? C. Re ſponderunt: ⁊ dixerunt ei. S Si non eſſet hic maleſa ctor: non tibi tradidiſſemus eum. C. Dixit ergo eis pi latus. S Accipite eum vos: ⁊ ſecundum legem veſtrã iudicate eum. C. Dixerunt ergo ei iudęi. S Nobis nõ licet interficere quemquam. C. Vt ſermo Jeſu imple retur, quem dixit: ſignificans qua morte eſſet moriturus. Introiuit ergo iterum in prętorium pilatus: ⁊ vocauit Jeſum:

Digitized by Google

Jeſum: ⁊ dixit eis. S Tu es rex iudęorum? C Et re ſpondit Jeſus. ✠ A temetipſo hoc dicis: an alij tibi dixerunt de me? C Reſpondit pilatus. S Nunquid ego iudęus ſum? Gens tua, ⁊ pontifices tui tradide runt te mihi. Quid feciſti? C Reſpondit Jeſus. ✠ Regnū meū non eſt de hoc mundo. Si ex hoc mundo eſſet regnū meū: miniſtri mei vtiq; decertarent: vt non traderer iudęis. Nunc autem regnū meū non eſt hinc. C Dixit itaq; ei pilatus. S Ergo rex es tu? C Re ſpondit Jeſus. ✠ Tu dicis: quia rex ſum ego. Ego in hoc natus ſum: ⁊ ad hoc veni in mundū: vt teſtimo niū perhibeā veritati. Omnis qui eſt ex veritate: audit vocem meā. C Dixit ei pilatus. S Quid eſt veritas? C Et cum hoc dixiſſet, iterum exiuit ad iudęos: ⁊ dixit eis. S Ego nullam inuenio in eo cauſam. Eſt autē con ſuetudo vobis: vt vnum dimittā vobis in paſcha. Vul tis ergo dimittam vobis regem iudęorum? C Clama uerunt rurſum omnes, dicentes. S Non hunc: ſed ba rabbam. C Erat autem barabbas latro. Tunc ergo apprehendit pilatus Jeſū: ⁊ flagellauit. Et milites ple ctentes coronam de ſpinis, impoſuerunt capiti eius: ⁊ veſte purpurea circumdederunt eum. Et veniebant ad eum: ⁊ dicebant. S Aue rex iudęorum. C Et dabāt ei alapas. Exiuit iterū pilatus foras: ⁊ dicit eis. S Ec ce adduco eum vobis foras: vt cognoſcatis: quia ego nullam inuenio in eo cauſam. C Exiuit ergo Jeſus, portans ſpineam coronam, ⁊ purpureum veſtimentum. Et dicit eis. S Ecce homo. C Cum ergo vidiſſent eum pontifices, ⁊ miniſtri: clamabant, dicentes. S Cru cifige, crucifige eum. C Dicit eis pilatus. S Accipite eum vos: ⁊ crucifigite. Ego enim nō inuenio in eo cau ſam. C Reſponderunt ei iudęi. S Nos legem habe mus: ⁊ ſecundum legem debet mori: quia filium dei ſe fecit. C Cum ergo audiſſet pilatus hunc ſermonem:

Digitized by Google

magis timuit. Et ingreſſus eſt pretorium iterum: ⁊ dixit ad Ieſum. S Unde es tu? C Ieſus autẽ reſponſum non dedit ei. Dicit ergo ei pilatus. S Mihi non loqueris? Neſcis, quia poteſtatem habeo crucifigere te: ⁊ poteſtatem habeo dimittere te? C Reſpõdit Ieſus. ✠ Non haberes poteſtatem aduerſum me vllã: niſi tibi datum eſſet deſuper. Propterea qui tradidit me tibi: maius peccatum habet. C Et exinde querebat pilatus dimittere eum. Iudei autem clamabant, dicentes. S Si hunc dimittis: non es amicus ceſaris. Omnis enim qui ſe regem facit: contradicit ceſari. C Pilatus autem cum audiſſet hos ſermones, adduxit foras Ieſum: ⁊ ſedit pro tribunali, in loco, qui dicitur lithoſtratos: hebraice autem gabatha. Erat autem paraſceue paſche: hora quaſi ſexta: ⁊ dicit iudeis. S Ecce rex veſter. C Illi autem clamabant. S Tolle, tolle: crucifige eum. C Dicit eis pilatus. S Regem veſtrum crucifigam? C Reſponderunt pontifices. S Non habemus regẽ, niſi ceſarem. C Tunc ergo tradidit eis illum: vt crucifigeretur. Suſceperunt autẽ Ieſum: ⁊ eduxerunt. Et baiulans ſibi crucẽ: exiuit in eum, qui dicitur caluarie, locum: hebraice golgotha: vbi eum crucifixerunt. Et cum eo alios duos, hinc, ⁊ hinc: mediũ autem Ieſum. Scripſit autem ⁊ titulum pilatus: ⁊ poſuit ſuper crucem. Erat autem ſcriptum, Ieſus nazarenus, rex iudeorum. Hunc ergo titulum multi legerunt iudeorum: quia prope ciuitatẽ erat locus: vbi crucifixus eſt Ieſus. Et erat ſcriptum, hebraice, grece, ⁊ latine. Dicebant ergo pilato pontifices iudeorum. S Noli ſcribere, rex iudeorum: ſed quia ipſe dixit: rex ſum iudeorum. C Reſpondit pilatus. S Quod ſcripſi, ſcripſi. C Milites ergo cum crucifixiſſent eum: acceperunt veſtimenta eius: ⁊ fecerũt quatuor partes: vnicuiq; militi partem, ⁊ tunicã. Erat autem tunica inconſutilis: deſuper contexta per totum.

Dixerunt

Digitized by Google

Dixerunt ergo adinuicē. S Non ſcindamus eam: ſed ſortiamur de illa, cuius ſit. ℂ Ut ſcriptura impleretur, dicens. Partiti ſunt veſtimenta mea ſibi: ⁊ in veſtem meam miſerunt ſortem. Et milites quidē hęc fecerunt. Stabant autem iuxta crucem Jeſu mater eius: ⁊ ſoror matris eius maria cleophe: ⁊ maria magdalenę. Cum vidiſſet ergo Jeſus matrem, ⁊ diſcipulum ſtantē, quem diligebat: dicit matri ſuę. ✠ Mulier, ecce filius tuus. ℂ Deinde dicit diſcipulo. ✠ Ecce mater tua. ℂ Et ex illa hora, accepit eam diſcipulus in ſuā. Poſtea ſciēs Jeſus, quia iam omnia conſumata ſunt: vt conſumaretur ſcriptura, dixit. ✠ Sitio. ℂ Vas ergo poſitum erat, aceto plenum. Illi autem ſpongiam plenam aceto hyſſopo circumponentes: obtulerunt ori eius. Cum ergo accepiſſet Jeſus acetum: dixit. ✠ Conſumatum eſt. ℂ Et inclinato capite: tradidit ſpiritum. Hic pauſatur aliquantulum. Judęi ergo, quoniam paraſceue erat: vt non remanerent in cruce corpora ſabbato: erat enim magnus dies ille ſabbati: rogauerunt pilatum: vt frangerentur eorum crura: ⁊ tollerentur. Venerunt ergo milites: ⁊ primi quidem fregerunt crura: ⁊ alterius qui crucifixus eſt cum eo. Ad Jeſum autē cum veniſſent: vt viderunt eum iam mortuū: non fregerunt eius crura: ſed vnus militum lancea latus eius aperuit: ⁊ continuo exit ſanguis, ⁊ aqua. Et qui vidit, teſtimonium perhibuit: ⁊ verū eſt teſtimoniū eius. Et ille ſcit, quia vera dicit: vt ⁊ vos credatis. Facta ſunt enim hęc: vt ſcriptura impleretur. Os non comminuetis ex eo. Et iterum alia ſcriptura dicit. Videbunt in quem tranſfixerunt.

Poſt hęc autem rogauit pilatum ioſeph, ab arimathia: eo quod eſſet diſcipulus Jeſu: occultus autē propter metum iudęorum: vt tolleret corpus Jeſu. Et permiſit pilatus. Venit ergo: ⁊ tulit corpus Jeſu. Ve

nit autem ⁊ nicodemus, qui venerat ad Ieſum nocte primum: ferens mixturã myrrhę, ⁊ aloes: quaſi libras centum. Acceperunt ergo corpus Ieſu: ⁊ ligauerunt illud linteis cum aromatibus: ſicut mos eſt iudęis ſepelire. Erat autem in loco, vbi crucifixus eſt, hortus: ⁊ in horto monumentum nouum: in quo nondũ quiſquam poſitus fuerat. Ibi ergo propter paraſceuen iudęorũ: quia iuxta erat monumentum: poſuerunt Ieſum.

Sabbato ſancto Paſchæ.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum. c. 28

IN illo tempore. Veſpere autem ſabbati, quę luceſcit in prima ſabbati: venit maria magdalenę, ⁊ altera maria videre ſepulchrum. Et ecce terremotus factus eſt magnus. Angelus autem domini deſcendit de cęlo: ⁊ accedens, reuoluit lapidem: ⁊ ſedebat ſuper eum. Erat autẽ aſpectus eius ſicut fulgur: ⁊ veſtimenta eius ſicut nix. Prę timore autem eius exterriti ſunt cuſtodes: ⁊ facti ſunt velut mortui. Reſpondẽs autem angelus, dixit mulieribus. Nolite timere vos. Scio enim: quod Ieſum, qui crucifixus eſt, quęritis. Non eſt hic. Surrexit enim: ſicut dixit. Venite, ⁊ videte locum: vbi poſitus erat dominus. Et cito euntes, dicite diſcipulis eius, quia ſurrexit: ⁊ ecce pręcedet vos in galilęam. Ibi eum videbitis: ecce prędixi vobis.

In die ſanctiſſimo Paſchæ Reſurrectionis.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Marcum. c. 16



IN illo tempore. Maria magdalenę, ⁊ maria iacobi, ⁊ ſalome, emerunt aromata: vt venientes, vngerent Ieſum. Et valde mane vna ſabbatorum veniunt ad monumentum: orto iam ſole. Et dicebant adinuicem.

Quis

Digitized by Google

Quis reuoluet nobis lapidē ab oſtio monumenti? Et reſpicientes, viderunt reuolutum lapidem. Erat quippe magnus valde. Et introeuntes in monumentū, viderunt iuuenem ſedentem in dextris, coopertū ſtola candida: & obſtupuerunt. Qui dixit illis. Nolite expaueſcere. Ieſum quęritis nazarenum crucifixum: ſurrexit: non eſt hic. Ecce locus: vbi poſuerunt eum. Sed: ite, dicite diſcipulis eius, & petro: quia pręcedet vos in galilęam. Ibi eum videbitis: ſicut dixit vobis.

Feria ii poſt Paſcha.

c.24 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam.

IN illo tempore. Duo ex diſcipulis Ieſu ibāt ipſa die in caſtellum: quod erat in ſpatio ſtadiorum ſexaginta, ab hieruſalem: nomine emaus. Et ipſi loquebantur adinuicē de his omnibus, quę acciderant. Et factum eſt, dum fabularentur: & ſecum quęrerent: & ipſe Ieſus appropinquans ibat cum illis. Oculi autem eorum tenebantur: ne eum agnoſcerent. Et ait ad illos. Qui ſunt hi ſermones, quos confertis adinuicem ambulantes: & eſtis triſtes? Et reſpondens vnus, cui nomen cleophas, dixit ei. Tu ſolus peregrinus es in hieruſalem: & non cognouiſti quę facta ſunt in illa his diebus? Quibus ille dixit. Quę? Et dixerunt. De Ieſu nazareno: qui fuit vir propheta: potens in opere, & ſermone: coram deo, & omni populo. Et quomodo tradiderūt eum ſummi ſacerdotes, & principes noſtri in damnationem mortis: & crucifixerunt eum. Nos autem ſperabamus: quia ipſe eſſet redempturus iſrael. Et nūc ſuper hęc omnia, tertia dies eſt hodie: quod hęc facta ſunt. Sed & mulieres quędam ex noſtris, terruerūt nos: quę ante lucem fuerunt ad monumentum. Et non inuento corpore eius, venerunt dicentes: ſe etiam viſiones angelorum

lorum vidiſſe: qui dicunt eum viuere. Et abierunt quidam ex noſtris ad monumentū: ⁊ ita inuenerunt, ſicut mulieres dixerunt: ipſum vero non inuenerūt. Et ipſe dixit ad eos. O ſtulti, ⁊ tardi corde ad credendum in omnibus, quę locuti ſunt prophetę. Nonne hęc oportuit pati chriſtum: ⁊ ita intrare in gloriam ſuam? Et incipiens a moyſe, ⁊ omnibus prophetis: interpretabatur illis in omnibus ſcripturis, quę de ipſo erant. Et appropinquauerunt caſtello, quo ibant: ⁊ ipſe finxit ſe longius ire. Et coegerunt illum dicentes. Mane nobiſcū: quoniam adueſperaſcit: ⁊ inclinata eſt iam dies. Et intrauit cum illis. Et factum eſt dum recumberet cum illis: accepit panem: ⁊ benedixit: ⁊ fregit: ⁊ porrigebat illis. Et aperti ſunt oculi eorum: ⁊ cognouerunt eum. Et ipſe euanuit ex oculis eorū. Et dixerunt adinuicem. Nonne cor noſtrum ardens erat in nobis: dum loqueretur in via: ⁊ aperiret nobis ſcripturas? Et ſurgentes eadem hora, regreſſi ſunt in hieruſalem: ⁊ inuenerunt congregatos vndecim: ⁊ eos, qui cum ipſis erant, dicentes: quia ſurrexit dominus vere: ⁊ apparuit ſimoni. Et ipſi narrabant, quę geſta erant in via: ⁊ quomodo cognouerunt eum in fractione panis.

Feria iii poſt Paſcha.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam. c. 24

IN illo tempore. Stetit Jeſus in medio diſcipulorum ſuorū: ⁊ dixit eis. Pax vobis: ego ſum: nolite timere. Conturbati vero, ⁊ conterriti, exiſtimabant ſe ſpiritum videre. Et dixit eis. Quid turbati eſtis: ⁊ cogitationes aſcendūt in corda veſtra? Videte manus meas, ⁊ pedes: quia ego ipſe ſum. Palpate, ⁊ videte: quia ſpiritus carnem, ⁊ oſſa non habet: ſicut me videtis habere. Et cum hęc dixiſſet: oſtendit eis manus, ⁊ pedes.

Digitized by Google

pedes. Adhuc autem illis non credentibus, ⁊ miranti bus prę gaudio, dixit. Habetis hic aliquid, quod man ducetur? At illi obtulerunt ei partem piſcis aſſi, ⁊ fauū mellis. Et cum manducaſſet coram eis: ſumens reliquias, dedit eis. Et dixit ad eos. Hęc ſunt verba, quę locutus ſum ad vos, cum adhuc eſſem vobiſcum: quoniam neceſſe eſt impleri omnia, quę ſcripta ſunt in lege moyſi, ⁊ prophetis, ⁊ pſalmis de me. Tunc aperuit illis ſenſum: vt intelligerent ſcripturas. Et dixit eis. Quoniam ſic ſcriptum eſt: ⁊ ſic oportebat chriſtū pati: ⁊ reſurgere a mortuis die tertia: ⁊ prędicari in nomine eius pęnitentiam, ⁊ remiſſionem peccatorum in omnes gentes.

Feria iiii poſt Paſcha.

c.21 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Johannem.

In illo tempore. Manifeſtauit ſe iterum Jeſus diſcipulis ſuis ad mare tyberiadis. Manifeſtauit autem ſic. Erant ſimul ſimon petrus, ⁊ thomas qui dicitur didymus: ⁊ nathanael qui erat a chana galilęę: ⁊ filij zebedęi: ⁊ alij ex diſcipulis eius duo. Dicit eis ſimon petrus. Vado piſcari. Dicunt ei. Venimus ⁊ nos tecum. Et exierunt, ⁊ aſcenderunt in nauim, ⁊ illa nocte nihil prehendiderunt. Mane autem iam facto, ſtetit Jeſus in litore: non tamen cognouerunt diſcipuli: quia Jeſus eſt. Dicit ergo eis Jeſus. Pueri, nunquid pulmentarium habetis. Reſponderunt ei. Non. Dicit eis. Mittite in dexteram nauigij rete: ⁊ inuenietis. Miſerunt ergo: ⁊ iam non valebant illud trahere, prę multitudine piſcium. Dicit ergo diſcipulus ille, quem diligebat Jeſus, petro. Dominus eſt. Simon ergo petrus, cum audiſſet quia dominus eſt: tunica ſuccinxit ſe: erat enim nudus: ⁊ miſit ſe in mare. Alij autem diſcipuli

Digitized by Google

puli nauigio venerunt. Non enim longe erant a terra: ſed quaſi cubitis ducentis, trahentes rete piſcium. Ut ergo deſcenderunt in terram: viderunt prunas poſitas: ꝛ piſcem ſuperpoſitũ, ꝛ pané. Dicit eis Jeſus. Afferte de piſcibus, quos prehendidiſtis nunc. Aſcẽdit ſimõ petrus: ꝛ traxit rete in terrã: plenũ magnis piſcibus: centum quinquaginta tribus. Et cũ tãti eſſent: non eſt ſciſſuꝫ rete. Dicit eis Jeſus. Venite: prãdete. Et nemo audebat diſcumbentiũ interrogare eũ, tu quis es: ſcientes, quia dominus eſt. Et venit Jeſus: ꝛ accepit pané, ꝛ dedit eis: ꝛ piſcé ſimiliter. Hoc iam tertio manifeſtatus eſt Jeſus diſcipulis ſuis: cum reſurrexiſſet a mortuis.

Feria v poſt Paſcha.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Johannem. c.20.

In illo tempore. Maria ſtabat ad monumentum foris plorans. Dum ergo fleret: inclinauit ſe: ꝛ proſpexit in monumentum. Et vidit duos angelos in albis ſedentes: vnum ad caput, ꝛ vnum ad pedes: vbi poſitum fuerat corpus Jeſu. Dicunt ei illi. Mulier, quid ploras? Dicit eis. Quia tulerunt dominũ meum: ꝛ neſcio vbi poſuerunt eum. Hęc cum dixiſſet: conuerſa eſt retrorſum: ꝛ vidit Jeſum ſtantem: ꝛ non ſciebat quia Jeſus eſt. Dicit ei Jeſus. Mulier, quid ploras? Quem queris? Jlla exiſtimans, quia hortulanus eſſet: dicit ei. Domine, ſi tu ſuſtuliſti eum, dicito mihi vbi poſuiſti eum: ꝛ ego eum tollam. Dicit ei Jeſus. Maria. Conuerſa illa, dicit ei. Rabboni: quod dicitur magiſter. Dicit ei Jeſus. Noli me tangere: nondum enim aſcendi ad patrem meũ. Vade autem ad fratres meos: ꝛ dic eis. Aſcendo ad patrem meum, ꝛ patrem veſtrũ: deũ meũ, ꝛ deũ veſtrũ. Venit maria magdalenę, annuncians diſcipulis, quia vidi dominum: ꝛ hęc dixit mihi.

Sequentia

Digitized by Google

c. 28 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum.

IN illo tempore. Undecim diſcipuli abierunt in galileam: in montem, vbi conſtituerat illis Jeſus. Et videntes eum, adorauerunt: quidam autem dubitauerunt. Et accedens Jeſus locutus eſt eis, dicens. Data eſt mihi omnis poteſtas in cęlo, et in terra. Euntes ergo, docete omnes gentes: baptizantes eos in nomine patris, et filij, et ſpiritus ſancti: docentes eos ſeruare omnia quęcunque mandaui vobis. Et ecce ego vobiſcū ſum omnibus diebus: vſque ad conſumationem ſęculi.

Sabbato poſt Paſcha.

c. 20 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Johannem.

IN illo tempore. Una ſabbati, maria magdalenę venit mane cū adhuc tenebrę eſſent, ad monumentum: et vidit lapidem ſublatum a monumento. Cucurrit ergo: et venit ad ſimonem petrum: et ad alium diſcipulum, quē diligebat Jeſus: et dixit eis. Tulerunt dominum de monumento: et neſcimus vbi poſuerunt eum. Exijt ergo petrus, et ille alius diſcipulus: et venerunt ad monumentū. Currebant autem duo ſimul. Ille alius diſcipulus precucurrit citius petro: et venit primus ad monumentum. Et cum ſe inclinaſſet: vidit linteamina poſita: non tamen introiuit. Venit ergo ſimon petrus, ſequens eum: et introiuit in monumentum. Et vidit linteamina poſita: et ſudarium quod fuerat ſuper caput eius: non cum linteaminibus poſitum: ſed ſeparatim inuolutum in vnum locum. Tunc ergo introiuit et ille diſcipulus, qui venerat primus ad monumentum: et vidit, et credidit. Nondum enim ſciebant ſcripturā: quia oportuit eum a mortuis reſurgere.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Johannem. c. 20

In illo tempore. Cum eſſet ſero die illo vna ſabbatorum, ⁊ fores eſſent clauſę: vbi erant diſcipuli congregati propter metū iudęorum: venit Jeſus, ⁊ ſtetit in medio, ⁊ dixit eis. Pax vobis. Et cum hęc dixiſſet: oſtendit eis manus ⁊ latus. Gauiſi ſunt ergo diſcipuli, viſo domino. Dixit ergo eis iterum. Pax vobis. Sicut miſit me pater: ⁊ ego mitto vos. Hęc cū dixiſſet, inſufflauit: ⁊ dixit eis. Accipite ſpiritum ſanctum. Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: ⁊ quorum retinueritis retenta ſunt. Diuiſio per hebdomadam: ⁊ incipitur ſic. In illo tēpore. Thomas vnus ex duodecim. ⁊ cet.

Secundum Rom. Cu. legitur totum Euang. ad lōgum.

Thomas autem vnus ex duodecim, qui dicitur didymus: non erat cum eis, quando venit Jeſus. Dixerunt ergo ei alij diſcipuli. Vidimus dominum. Ille autem dixit eis. Niſi videro in manibus eius fixuram clauorum: ⁊ mittam digitum meum in locū clauorum: ⁊ mittam manum meam in latus eius: non credam. Et poſt dies octo: iterum erant diſcipuli eius intus: ⁊ thomas cum eis. Venit Jeſus ianuis clauſis: ⁊ ſtetit in medio: ⁊ dixit eis. Pax vobis. Deinde dicit thomę. Infer digitum tuum huc: ⁊ vide manus meas: ⁊ affer manum tuam: ⁊ mitte in latus meum: ⁊ noli eſſe incredulus: ſed fidelis. Reſpondit thomas: ⁊ dixit ei. Dominus meus, ⁊ deus meus. Dicit ei Jeſus. Quia vidiſti me thoma, credidiſti: beati qui non viderunt: ⁊ crediderunt. Multa quidem ⁊ alia ſigna fecit Jeſus in conſpectu diſcipulorum ſuorum quę non ſunt ſcripta in libro hoc. Hęc autem ſcripta ſunt: vt credatis quia Jeſus chriſtus eſt filius dei: ⁊ vt credentes, vitam habeatis in nomine eius.

c. 10 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Johannem.

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Ego ſum paſtor bonus. Bonus paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis. Mercenarius autem, ⁊ qui non eſt paſtor, cuius non ſunt oues proprię: videt lupũ venientem: ⁊ dimittit oues, ⁊ fugit. Et lupus rapit: ⁊ diſpergit oues. Mercenarius autem fugit: quia mercenarius eſt: ⁊ nõ pertinet ad eum de ouibus. Ego ſum paſtor bonus: ⁊ cognoſco oues meas: ⁊ cognoſcunt me meę. Sicut nouit me pater: ⁊ ego agnoſco patrem: ⁊ animam meã pono pro ouibus meis. Et alias oues habeo, quę non ſunt ex hoc ouili: ⁊ illas oportet me adducere: ⁊ vocem meam audient. Et fiet vnum ouile: ⁊ vnus paſtor.

Dominica ii poſt octauam Paſchæ.

c. 16 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Johannem.

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Modicum, ⁊ iam non videbitis me: ⁊ iterum modicum, ⁊ videbitis me: quia vado ad patrem. Dixerunt ergo ex diſcipulis eius adinuicem. Quid eſt quod dicit nobis: modicum, ⁊ non videbitis me: ⁊ iterum modicum, ⁊ videbitis me: ⁊ quia vado ad patrẽ? Dicebant ergo. Quid eſt hoc quod dicit, modicum? Neſcimus quid loquitur. Cognouit autem Jeſus, quia volebant eum interrogare: ⁊ dixit eis. De hoc quęritis inter vos: quia dixi: modicum, ⁊ non videbitis me: ⁊ iterum, modicum, ⁊ videbitis me. Amen amen dico vobis: quia plorabitis ⁊ flebitis vos: mundus autẽ gaudebit. Vos autem contriſtabimini: ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudium. Mulier cum parit, triſtitiã habet: quia venit hora eius. Cum autem peperit puerum: iam non meminit

preſſurę propter gaudium: quia natus eſt homo in mundum. Et vos igitur, nunc quidem triſtitiam habetis. Iterum autem videbo vos: & gaudebit cor veſtrum: & gaudium veſtrum nemo tollet a vobis.

Dominica iii poſt octauam Paſchæ.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Johannem. c. 16

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Vado ad eum, qui miſit me: & nemo ex vobis interrogat me, quo vadis? Sed quia hęc locutus ſum vobis: triſtitia impleuit cor veſtrum. Sed ego veritatem dico vobis: expedit vobis, vt ego vadā. Si enim non abiero: paracletus non veniet ad vos. Si autem abiero: mittam eum ad vos. Et cū venerit ille: arguet mundum de peccato: & de iuſtitia: & de iudicio. De peccato quidem: quia non crediderunt in me. De iuſtitia vero: quia ad patrem vado: & iam non videbitis me. De iudicio autem: quia princeps mundi huius iam iudicatus eſt. Adhuc multa habeo vobis dicere: ſed non poteſtis portare modo. Cum autē venerit ille ſpiritus veritatis: docebit vos omnem veritatem. Non enim loquetur a ſemetipſo: ſed quęcunq; audiet loquetur: & quę ventura ſunt: annunciabit vobis. Ille me clarificabit: quia de meo accipiet: & annunciabit vobis.

Domica iiii poſt octauam Paſchæ.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Johannem. c. 16

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Amen amen dico vobis: ſi quid petieritis patrem in nomine meo: dabit vobis. Vſque modo non petiſtis quicquam in nomine meo. Petite: & accipietis: vt gaudium

dium veſtrum ſit plenū. Hec in prouerbijs locutus ſū vobis. Venit hora: cum iam non in prouerbijs loquar vobis: ſed palam de patre meo annunciabo vobis. Jl lo die, in nomine meo petetis. Et nunc dico vobis: quia ego rogabo patrem de vobis. Ipſe enim pater amat vos: quia vos me amaſtis: ⁊ credidiſtis, quia a deo exiui. Exiui a patre: ⁊ veni in mundū. Iterū relin quo mundū: ⁊ vado ad patrē. Dicunt ei diſcipuli eius. Ecce nunc palam loqueris: ⁊ prouerbiū nullum dicis? Nunc ſcimus: quia ſcis omnia: ⁊ non opus eſt tibi: vt quis te interroget. In hoc credimus: quia a deo exiſti.

In Rogationibus.

c. 11 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam.

In illo tēpore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Quis veſtrum habebit amicum: ⁊ ibit ad illum media no cte: ⁊ dicet illi. Amice, cōmoda mihi tres panes: quo niā amicus meus venit de via ad me: ⁊ non habeo quod ponam ante eum. Et ille deintus reſpondens dicat. Noli michi moleſtus eſſe: iam oſtium clauſum eſt: ⁊ pue ri mei mecum ſunt in cubili: non poſſum ſurgere, ⁊ da re tibi. Et ille, ſi perſeuerauerit pulſans: dico vobis: ⁊ ſi non dabit illi ſurgens, eo quod amicus eius ſit: pro pter improbitatem tamen eius ſurget: ⁊ dabit illi quot quot habet neceſſarios. Et ego dico vobis. Petite, ⁊ dabitur vobis: querite, ⁊ inuenietis, pulſate, ⁊ aperie tur vobis. Omnis enim qui petit, accipit: ⁊ qui querit, inuenit: ⁊ pulſanti aperietur. Quis autem ex vobis pa trem petit panem: nunquid lapidem dabit illi? Aut pi ſcē: nūquid pro piſce ſerpentē dabit illi? Aut ſi petierit ouū: nunquid porriget illi ſcorpionē? Si ergo vos cum ſitis mali, noſtis bona data dare filijs veſtris: quāto ma gis pater veſter de celo dabit ſpiritū bonū petētibus ſe?

Sequentia

In vigilia Aſcenſionis Domini.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Iohannem. c. 17

IN illo tempore. Subleuatis Ieſus oculis in cę-
lum, dixit. Pater, venit hora: clarifica filiũ tuum:
vt filius tuus clarificet te. Sicut dediſti ei poteſtatem
omnis carnis: vt omne, quod dediſti ei, det eis vitam
ęternam. Hęc eſt autẽ vita ęterna: vt cognoſcant te ſo
lum deum verum: ⁊ quem miſiſti Ieſum chriſtũ. Ego
te clarificaui ſuper terram: opus conſummaui quod de
diſti mihi, vt faciã. Et nunc clarifica me tu pater, apud
temetipſum claritate, quam habui: priuſquam mundus
eſſet apud te. Manifeſtaui nomen tuum hominibus,
quos dediſti mihi de mundo. Tui erant: ⁊ mihi eos de
diſti: ⁊ ſermonem tuum ſeruauerunt. Et nunc cogno-
uerunt: quia omnia, quę dediſti mihi, abs te ſunt: quia
verba, quę dediſti mihi, dedi eis. Et ipſi acceperunt,
⁊ cognouerunt vere, quia a te exiui: ⁊ crediderũt, quia
tu me miſiſti. Ego pro eis rogo: non pro mũdo rogo:
ſed pro his, quos dediſti mihi: quia tui ſunt. Et mea
omnia, tua ſunt: ⁊ tua, mea ſunt: ⁊ clarificatus ſum in
eis. Et iam non ſum in mundo: ⁊ hi in mundo ſunt:
⁊ ego ad te venio.

In die Aſcenſionis Domini.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Marcum. c. 16

IN illo tempore. Recumbentibus vndecim diſci-
pulis, apparuit illis Ieſus: ⁊ exprobrauit incre-
dulitatem illorum, ⁊ duritiam cordis: quia his, qui vide
rant eum reſurrexiſſe, non crediderãt. Et dixit eis. Eun
tes in mundum vniuerſuꝫ: prędicate euangelium omni
creaturę. Qui crediderit: ⁊ baptizatus fuerit: ſaluus erit.
Qui vero non crediderit, condemnabitur. Signa au-
tem eos, qui crediderint, hęc ſequentur. In nomine
meo

meo demonia eijcient: linguis loquentur nouis: ſerpen
tes tollent. Et ſi mortiferum quid biberint: nō eis no
cebit. Super ęgros manus imponent: & bene habebūt.
Et dominus quidem Jeſus, poſtquam locutus eſt eis:
aſſumptus eſt in cęlum: & ſedet a dextris dei. Illi autē
profecti prędicauerunt vbiq;: domino cooperante, & ſer
monem confirmante, ſequentibus ſignis.

Per octauam, & in octaua ſicut in die.

Dominica infra octauam Aſcenſionis Domini.

c.15 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Johannem.

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Cū
venerit paracletus, quem ego mittam vobis a pa
tre, ſpiritum veritatis, qui a patre procedit: ille teſtimo
nium perhibebit de me. Et vos teſtimonium perhibe-
bitis: quia ab initio mecu; eſtis. Hęc locutus ſum vo
bis: vt non ſcandalizemini. Abſq; ſynagogis facient
vos. Sed venit hora: vt omnis, qui interficit vos, ar
bitretur obſequium ſe prętare deo. Et hęc facient vo-
bis: quia non nouerunt patrem, neq; me. Sed hęc lo
cutus ſum vobis: vt cum venerit hora eorum, remini-
ſcamini, quia ego dixi vobis.

In vigilia Pentecoſtes.

c.14 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Johannem.

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Si
diligitis me, mandata mea ſeruate. Et ego roga-
bo patrem: & alium paracletu; dabit vobis: vt maneat
vobiſcum in ęternum, ſpiritum veritatis: quem mundus
non poteſt accipere: quia non vidit eum: nec ſcit eum.
Vos autem cognoſcetis eum: quia apud vos manebit;
& in

⁊ in vobis erit. Non relinquã vos orphanos: veniam ad vos. Adhuc modicum: ⁊ mundus me iam non videt. Vos autem videbitis me: quia ego vivo, ⁊ vos vivetis. In illo die vos cognoſcetis: quia ego in patre meo: ⁊ vos in me: ⁊ ego in vobis. Qui habet mandata mea, ⁊ ſeruat ea: ille eſt, qui diligit me. Qui autem diligit me: diligetur a patre meo. Et ego diligam eum, ⁊ manifeſtabo ei meipſum.

In die Pentecoſtes.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Johannem. c. 14

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Si quis diligit me: ſermonem meum ſeruabit. Et pater meus diliget eum: ⁊ ad eum veniemus: ⁊ manſioné apud eũ faciemus. Qui non diligit me: ſermones meos non ſeruat. Et ſermonem, quem audiſtis, non eſt meus: ſed eius, qui miſit me patris. Hęc locutus ſum vobis, apud vos manens. Paracletus autem ſpiritus ſanctus, quem mittet pater in nomine meo: ille nos docebit omnia: ⁊ ſuggeret nobis omnia, quęcunqȝ dixero vobis. Pacem relinquo vobis: pacem meã do vobis. Non quomodo mũdus dat: ego do vobis. Nõ turbetur cor veſtrum: neqȝ formidet. Audiſtis quia ego dixi vobis: vado, ⁊ venio ad nos. Si diligeretis me: gauderetis utiqȝ: quia nado ad patrem: quia pater maior me eſt. Et nunc dixi nobis priuſquam fiat: ut cum factum fuerit, credatis. Jam non multa loquar nobiſcum. Venit enim princeps mundi huius: ⁊ in me non habet quicquam. Sed ut cognoſcat mundus, quia diligo patrem: ⁊ ſicut mandatum dedit mihi pater, ſic facio.

Digitized by Google

c.3 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Johannem.

In illo tempore. Dixit Jeſus ~~diſcipulis ſuis~~. Sic deus dilexit mundum: vt filium ſuum vnigenitum daret: vt omnis, qui credit in ipſum non pereat: ſed habeat vitam ęternam. Non enim miſit deus filium ſuum in mundum, vt iudicet mundum: ſed vt ſaluetur mundus per ipſum. Qui credit in eum, non iudicatur. Qui autem non credit, iam iudicatus eſt: quia non credit in nomine vnigeniti filij dei. Hoc eſt autem iudiciũ: quia lux venit in mundum: ⁊ dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem. Erant enim eorum mala opera. Omnis enim qui male agit, odit lucem. Et non venit ad lucem: vt non arguantur opera eius. Qui autem facit veritatem, venit ad lucem: vt manifeſtentur opera eius: quia in deo ſunt facta.

Feria iii poſt Pentecoſten.

c.10 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Johannem.

In illo tempore. Dixit Jeſus ~~diſcipulis ſuis~~. Amen amen dico vobis: qui non intrat per oſtium in ouile ouium: ſed aſcendit aliunde: ille fur eſt, ⁊ latro. Qui autem intrat per oſtium: paſtor eſt ouium. Huic oſtiarius aperit: ⁊ oues vocem eius audiunt. Et proprias oues vocat nominatim: ⁊ educit eas. Et cum proprias oues emiſerit: ante eas vadit: ⁊ oues illum ſequuntur: quia ſciunt vocem eius. Alienum autem non ſequuntur: ſed fugiunt ab eo: quia non nouerunt vocem alienorum. Hoc prouerbium dixit eis Jeſus. Illi autem non cognouerunt quid loqueretur eis. Dixit ergo eis iterum Jeſus. Amen amen dico vobis: quia ego ſum oſtium ouium. Omnes enim quotquot venerunt, fures ſunt, ⁊ latrones: ſed non audierũt eos oues.

N Ego

Feria iii poſt Pentecoſten.

Ego ſum oſtium. Per me ſiquis introierit, ſaluabitur: ⁊ ingredietur, ⁊ egredietur: ⁊ paſcua inueniet. Fur nō venit: niſi vt furetur: ⁊ mactet, ⁊ perdat. Ego veni, vt vitam habeant: ⁊ abundantius habeant.

Feria iiii quatuor temporum poſt Pentecoſten.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Johannem. c.6

In illo tempore. Dixit Jeſus turbis iudęorum. Nemo poteſt venire ad me: niſi pater qui miſit me, traxerit eum. Et ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die. Eſt ſcriptum in prophetis. Erunt omnes docibiles dei. Omnis qui audiuit a patre, ⁊ didicit: venit ad me. Non quia patrem vidit quiſquam, niſi is, qui eſt a deo: hic vidit patrem. Amen amen dico vobis: qui credit in me: habet vitam ęternam. Ego ſum panis vitę. Patres veſtri manducauerunt manna in deſerto: ⁊ mortui ſunt. Hic eſt panis de cęlo deſcendens: vt ſiquis ex ipſo manducauerit, non moriatur. Ego ſum panis viuus: qui de cęlo deſcendi. Siquis māducauerit ex hoc pane: viuet in ęternum. Et panis, quem ego dabo: caro mea eſt pro mundi vita.

Feria v poſt Pentecoſten.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam. c.9

In illo tempore. Conuocatis Jeſus duodecim apoſtolis: dedit illis virtutem, ⁊ poteſtatem ſuper omnia dęmonia: ⁊ vt languores curarent. Et miſit illos prędicare regnum dei: ⁊ ſanare infirmos. Et ait ad illos. Nihil tuleritis in via: neq; virgam, neq; peram, neq; panem, neq; pecuniam: neq; duas tunicas habeatis. Et in quamcunq; domum intraueritis: ibi manete,

⁊ inde

⁊ inde ne exeatis. Et quicunqȝ non receperint vos: exeuntes de ciuitate illa, etiam puluerem pedum veſtroꝛum excutite: in teſtimonium ſupꝛa illos. Egreſſi autem circuibant per caſtella: euangelizantes, ⁊ curantes vbiqȝ.

Feria vi poſt Pentecoſten:

c. 5 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam.

In illo tempoꝛe. Factum eſt in vna dierum: ⁊ Jeſus ſedebat docens. Et erant phariſei ſedentes, ⁊ legiſdoctoꝛes, qui venerant ex omni caſtello galileę, ⁊ iudeę, ⁊ hieruſalem: ⁊ virtus domini erat ad ſanandum eos. Et ecce viri poꝛtantes in lecto hominem, qui erat paralyticus: ⁊ querebant eum inferre, ⁊ ponere ante eum. Et non inuenientes qua parte illum inferrent pꝛę turba: aſcenderunt ſupꝛa tectum: ⁊ per tegulas ſubmiſerunt illum cum lecto in medium ante Jeſum. Quoꝛum fidem vt vidit, dixit. Homo, remittuntur tibi peccata tua. Et cęperunt cogitare ſcribę, ⁊ phariſęi dicentes. Quis eſt hic, qui loquitur blaſphemias? Quis poteſt dimittere peccata: niſi ſolus deus? Vt cognouit autem Jeſus cogitationes eoꝛum: reſpondens dixit ad illos. Quid cogitatis mala in coꝛdibus veſtris? Quid eſt facilius dicere: dimittuntur tibi peccata: an dicere: ſurge, ⁊ ambula? Vt autem ſciatis quia filius hominis habet poteſtatem in terra dimittendi peccata: ait paralytico. Tibi dico, ſurge. Tolle lectum tuum: ⁊ vade in domum tuam. Et confeſtim ſurgens coꝛam illis: tulit lectum in quo iacebat: ⁊ abijt in domum ſuam: magnificans deum. Et ſtupoꝛ appꝛehendit omnes: ⁊ magnificabant deum. Et repleti ſunt timoꝛe dicentes: quia vidimus mirabilia hodie.

Sabbato quatuor temporum poſt Pentecoſten.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam. c.4

IN illo tempore. Surgens Jeſus de ſynagoga: introiuit in domum ſimonis. Socrus autem ſimonis tenebatur magnis febribus. Et rogauerunt illum pro ea. Et ſtans ſuper illam, imperauit febri: ⁊ dimiſit illam. Et continuo ſurgens miniſtrabat illis. Cū ſol autem occidiſſet: omnes qui habebant infirmos varijs languoribus, ducebant illos ad eum. At ille ſingulis manus imponens, curabat eos. Exibant autem demonia a multis clamantia, ⁊ dicentia: quia tu es filius dei. Et increpans, non ſinebat ea loqui: quia ſciebant ipſum eſſe chriſtum. Facta autem die: egreſſus ibat in deſertum locum: ⁊ turbę requirebant eum. Et venerunt vſq; ad ipſum: ⁊ detinebant illum, ne diſcederet ab eis. Quibus ille ait. Quia ⁊ alijs ciuitatibus oportet me euangelizare regnum dei: quia ideo miſſus ſum. Et erat prędicans in ſynagogis galilęę.

In feſto ſanctæ Trinitatis.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Johannem. c.3

Secundum Ro cu. eſt dom. 1 poſt Pent. quęre Euang. infra in dom, 3. poſt oct. Trinitatis.

Nota quod Ro. cu. Dominicarum ordinem a Pentecoſte accipit, ordo vero Prędic. ab oct. Trin. adeo



IN illo tempore. Erat homo ex phariſęis, nicodemus nomine: princeps iudęorum. Hic venit ad Jeſum nocte: ⁊ dixit ei. Rabbi, ſcimus quia a deo veniſti magiſter. Nemo enim poteſt hęc ſigna facere, quę tu facis: niſi fuerit deus cum eo. Reſpondit Jeſus: ⁊ dixit ei. Amen amen dico tibi: niſi quis natus fuerit denuo: non poteſt videre regnum dei. Dixit ad eum nicodemus. Quomodo poteſt homo naſci cum ſit ſenex? Nunquid poteſt in ventrem matris ſuę iterato introire, ⁊ renaſci? Reſpondit Jeſus. Amen amen dico tibi: niſi quis renatus fuerit ex aqua, ⁊ ſpiritu ſancto: non poteſt introire in regnum dei. Quod natum eſt ex

carne,

Digitized by Google

carne, caro eſt: ⁊ quod natum eſt ex ſpiritu, ſpiritus eſt. Non mireris: quia dixi tibi: oportet vos naſci denuo. Spiritus vbi vult ſpirat: ⁊ vocem eius audis: ſed non ſcis vnde veniat: aut quo vadat. Sic eſt omnis qui natus eſt ex ſpiritu. Reſpondit nicodemus: ⁊ dixit ei. Quomodo poſſunt hęc fieri? Reſpondit Jeſus: ⁊ dixit ei. Tu es magiſter in iſrael: ⁊ hęc ignoras? Amen amen dico tibi: quia quod ſcimus, loquimur: ⁊ quod vidimus, teſtamur: ⁊ teſtimonium noſtrum non accipitis. Si terrena dixi vobis, ⁊ non creditis: quomodo ſi dixero vobis cęleſtia, credetis? Et nemo aſcendit in cęlū, niſi qui deſcendit de cęlo: filius hominis, qui eſt in cęlo. Et ſicut moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto: ita exaltari oportet filium hominis: vt omnis qui credit in ipſum, non pereat: ſed habeat vitam ęternam.

quod in feſto Trinitatis iuxta Roman. cu. habetur dom. 1 poſt Pent. & ſic deinceps.

In feſto Corporis Chriſti.

c. 6 Sequentia ſancti Euāgelij ſecundum Johannem.

In illo tempore. Dixit Jeſus turbis iudęorum. Caro mea vere eſt cibus: ⁊ ſanguis meus vere eſt potus. Qui manducat meam carnem: ⁊ bibit meū ſanguinem: in me manet, ⁊ ego in illo. Sicut miſit me viuens pater: ⁊ ego viuo propter patrem. Et qui manducat me: ⁊ ipſe viuet propter me. Hic eſt panis, qui de cęlo deſcendit. Non ſicut manducauerunt patres veſtri manna: ⁊ mortui ſunt. Qui manducat hunc panem: viuet in ęternum.

Dominica infra octauam Corporis Chriſti.

c. 6 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Johannem.

In illo tempore. Dixit Jeſus turbis iudęorum. Ego ſum panis vitę. Patres veſtri manducauerunt

Digitized by Google

uerunt manna in deſerto: ⁊ mortui ſunt. Hic eſt panis de cęlo deſcendens: vt ſi quis ex ipſo manducauerit: nō moriatur. Ego ſum panis viuus: qui de cęlo deſcendi. Si quis manducauerit ex hoc pane: viuet in ęternum. Et panis, quem ego dabo: caro mea eſt pro mundi vita. Litigabant ergo iudęi adinuicem dicentes. Quomodo poteſt hic nobis carnem ſuam dare ad manducandum? Dixit ergo eis Jeſus. Amen amen dico vobis: niſi manducaueritis carnem filij hominis: ⁊ biberitis eius ſanguinem: non habebitis vitā in vobis. Qui manducat meam carnem: ⁊ bibit meum ſanguinem: habet vitam ęternā: ⁊ ego reſuſcitabo eū in nouiſſimo die.

Dominica i poſt octauam Trinitatis.

Domin. 2. poſt Pent.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam. c. 14

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis ſimilitudinem hanc. Homo quidam fecit cęnam magnam: ⁊ vocauit multos. Et miſit ſeruum ſuum hora cęnę dicere inuitatis, vt venirent: quia iam parata ſunt omnia. Et ceperūt ſimul omnes excuſare. Primus dixit illi. Villam emi: ⁊ neceſſe habeo exire: ⁊ videre illam. Rogo te: habe me excuſatum. Et alter dixit. Juga boum emi quinque: ⁊ eo probare illa. Rogo te: habe me excuſatum. Et alius dixit. Vxorem duxi: ⁊ ideo non poſſum venire. Et reuerſus ſeruus: nunciauit hęc domino ſuo. Tunc iratus pater familias, dixit ſeruo ſuo. Exi cito in plateas, ⁊ vicos ciuitatis: ⁊ pauperes, ac debiles, cęcos, ⁊ claudos introduc huc. Et ait ſeruus. Domine, factum eſt vt imperaſti: ⁊ adhuc locus eſt. Et ait dominus ſeruo. Exi in vias, ⁊ ſepes, ⁊ compelle intrare: vt impleatur domus mea. Dico autē vobis: quod nemo virorum illorum, qui vocati ſunt, guſtabit cęnam meam.

Digitized by Google

c. 15 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam.

In illo tempore. Erant appropinquantes ad Je- Domin. 4.
ſum publicani, ⁊ peccatores: vt audirent illum. Et poſt Pent.
murmurabant phariſei, ⁊ ſcribę dicentes: quia hic pec- Quęre Euā-
catores recipit: ⁊ manducat cum illis. Et ait ad illos pa gelīū infra
rabolam iſtam, dicens. Quis ex vobis homo, qui ha in dom. 4.
bet centum oues: ⁊ ſi perdiderit vnam ex illis: nonne di poſt oct.
mittit nonagintanouem in deſerto: ⁊ vadit ad illam quę Trinitatis.
perierat: donec inueniat eam? Et cum inuenerit eam:
imponit in humeros ſuos gaudens. Et veniens domū,
conuocat amicos, ⁊ vicinos, dicens illis. Congratula
mini mihi: quia inueni ouem meam, quę perierat. Di-
co vobis: quod ita gaudium erit in cęlo, ſuper vno pec
catore pęnitentiam agente: quam ſuper nonagintanouē
iuſtis: qui non indigent pęnitentia. Aut quę mulier ha
bens drachmas decem: ⁊ ſi perdiderit drachmā vnam:
nonne accendit lucernam: ⁊ euerrit domum: ⁊ quęrit di
ligenter, donec inueniat? Et cum inuenerit: conuocat
amicas, ⁊ vicinas dicens. Congratulamini mihi: quia
inueni drachmam, quam perdideram. Ita dico vobis:
gaudium erit coram angelis dei, ſuper vno peccatore pę
nitentiam agente.

Dominica iii poſt octauam Trinitatis.

c. 6 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam.

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Eſto Domin. 5.
te miſericordes: ſicut ⁊ pater veſter miſericors eſt. poſt Pent.
Nolite iudicare: ⁊ non iudicabimini. Nolite condemna Quęre Euā-
re: ⁊ non condemnabimini. Dimittite: ⁊ dimittemini. gelīū infra
Date: ⁊ dabitur vobis. Menſuram bonam, ⁊ confer in dom. 5.
tam, ⁊ coagitatam, ⁊ ſupereffluentem dabunt in ſinum poſt oct.
veſtrū. Eadem quippe menſura, qua menſi fueritis: re Trinitatis.
metietur

Digitized by Google

metietur vobis. Dicebat autem illis ſimilitudinem: Nunquid poteſt cęcus cęcum ducere? Nonne ambo in foueam cadunt? Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum. Perfectus autem omnis erit: ſi ſit ſicut magiſter eius. Quid autem vides feſtucam in oculo fratris tui: trabem autem, quę in oculo tuo eſt, non conſideras? Aut quomodo potes dicere fratri tuo: frater, ſine eijciam feſtucam de oculo tuo: ipſe in oculo tuo trabem non videns? Hypocrita, eijce primum trabem de oculo tuo: & tunc perſpicies: vt educas feſtucam de oculo fratris tui.

Dominica iiii poſt octauam Trinitatis.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam. c. 5

Domin. 6. poſt Pent. Quęre Euāgeliū infra in dom. 6. poſt oct. Trinitatis.

IN illo tempore. Cum turbę irruerent in Jeſum vt audirent verbum dei: & ipſe ſtabat ſecus ſtagnū geneſareth. Et vidit duas naues ſtantes ſecus ſtagnū: piſcatores autem deſcenderāt, & lauabant retia. Aſcendens autem in vnam nauim, quę erat ſimonis: rogauit eum a terra reducere puſillum. Et ſedens, docebat de nauicula turbas. Vt ceſſauit autem loqui: dixit ad ſimonem. Duc in altum: & laxate retia veſtra in capturam. Et reſpondens ſimon, dixit illi. Pręceptor, per totam noctem laborantes nihil cępimus: in verbo autem tuo laxabo rete. Et cum hoc feciſſent: concluſerunt piſcium multitudinem copioſam. Rumpebatur autem rete eorum. Et annuerunt ſocijs, qui erant in alia naui: vt venirent: & adiuuarent eos. Et venerunt: & impleuerunt ambas nauiculas: ita vt pene mergerentur. Quod cum videret ſimon petrus: procidit ad genua Jeſu dicens. Exi a me: quia homo peccator ſum domine. Stupor enim circundederat eum, & omnes, qui cum illo erant: in captura piſcium, quam cęperant. Similiter autem & iacobum,

iacobum, & iohannem filios zebedęi: qui erant ſocij ſimonis. Et ait ad ſimonem Ieſus. Noli timere: ex hoc iam homines eris capiens. Et ſubductis ad terram nauibus: relictis omnibus, ſecuti ſunt eum.

Dominica v post octauam Trinitatis.

c.5 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Matthęum.

In illo tempore. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Amen dico vobis: niſi abũdauerit iuſtitia veſtra pluſquam ſcribarum, & phariſęorũ: non intrabitis in regnũ cęlorum. Audiſtis, quia dictum eſt antiquis: Non occides. Qui autem occiderit, reus erit iudicio. Ego autem dico vobis: quia omnis, qui iraſcitur fratri ſuo: reus erit iudicio. Qui autem dixerit, fatue: reus erit gehennę ignis. Si ergo offers munus tuum ad altare: & ibi recordatus fueris: quia frater tuus habet aliquid aduerſum te: relinque ibi munus tuum ante altare: & vade prius reconciliari fratri tuo. Et tunc veniens, offeres munus tuum.

Domin. 7. poſt Pent. Quęre Euãgeliũ infra in dom. 7 poſt oct. Trinitatis.

Dominica vi post octauam Trinitatis.

c.8 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Marcum.

In illo tempore. Cum turba multa eſſet cum Ieſu: nec haberent quod manducarent: conuocatis diſcipulis, ait illis. Miſereor ſuper turbam: quia ecce iam triduo ſuſtinent me: nec habent quod manducent. Et ſi dimiſero eos ieiunos in domum ſuam: deficient in via. Quidam enim ex eis de longe venerunt. Et reſponderunt ei diſcipuli ſui. Vnde iſtos poterit quis hic ſaturare panibus in ſolitudine? Et interrogauit eos. Quot panes habetis? Qui dixerunt. Septem. Et pręcepit turbę diſcumbere ſuper terram. Et accipiens ſeptem

Domin. 8 poſt Pent. Quęre Euãgeliũ infra in dom 8 poſt oct. Trinitatis.

Digitized by Google

tem panes gratias agens, fregit: & dabat diſcipulis ſuis, vt apponerent. Et appoſuerunt turbę. Et habebant piſciculos paucos: & ipſos benedixit: & iuſſit apponi. Et manducauerũt: & ſaturati ſunt. Et ſuſtulerũt quod ſuperauerat de fragmentis: ſeptem ſportas. Erãt autem qui manducauerunt, quaſi quatuor millia: & dimiſit eos.

Dominica vii poſt octauam Trinitatis.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum. c.7

Domin. 9. poſt Pent. Quęre Euãgeliũ infra in dom. 9. poſt oct. Trinitatis.

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Attendite a falſis prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium: intrinſecus autem ſunt lupi rapaces. A fructibus eorum: cognoſcetis eos. Nunquid colligunt de ſpinis vuas: aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona, fructus bonos facit: mala autem arbor, fructus malos facit. Non poteſt arbor bona, fructus malos facere: neque arbor mala, fructus bonos facere. Omnis arbor, quę non facit fructum bonum, excidetur: & in ignem mittetur. Igitur ex fructibus eorũ cognoſcetis eos. Non omnis, qui dicit mihi domine, domine: intrabit in regnum cęlorum. Sed qui facit voluntatem patris mei, qui in cęlis eſt: ipſe intrabit in regnum cęlorum.

Dominica viii poſt octauam Trinitatis.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam. c.16

Domin. 10. poſt Pent. Quęre Euãgeliũ infra in dom. 10. poſt oct. Trinitatis.

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Homo quidam erat diues, qui habebat villicum: & hic diffamatus eſt apud illum: quaſi diſſipaſſet bona illius. Et vocauit illum: & ait illi. Quid

hoc

hoc audio de te? Redde rationem villicationis tuę. Iam enim non poteris villicare. Ait autem villicus in tra ſe. Quid faciam: quia dominus meus aufert a me villicationem? Fodere non valeo: mendicare erubeſco. Scio quid faciam: vt cum amotus fuero a villicatione: recipiant me in domos ſuas. Conuocatis itaque ſingu lis debitoribus domini ſui: dicebat primo. Quantum debes domino meo? At ille dixit. Centum cados olei. Dixitque illi. Accipe cautionem tuam, ⁊ ſede ci to: ⁊ ſcribe quinquaginta. Deinde alio dixit. Tu ve ro quantum debes? Qui ait. Centum coros triti ci. Ait illi. Accipe literas tuas: ⁊ ſcribe octoginta. Et laudauit dominus villicum iniquitatis: quia pruden ter feciſſet: quia filij huius ſęculi, prudentiores filijs lu cis in generatione ſua ſunt. Et ego vobis dico. Faci te vobis amicos de mammona iniquitatis: vt cum de feceritis: recipiant vos in ęterna tabernacula.

Dominica ix poſt octauam Trinitatis.

c.19 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam.

In illo tempore. Cum appropinquaret Ieſus hie ruſalem: videns ciuitatem fleuit ſuper illaꝫ dicens. Quia ſi cognouiſſes ⁊ tu. Et quidem in hac die tua, quę ad pacem tibi: nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis. Quia venient dies in te: ⁊ circundabunt te inimi ci tui vallo: ⁊ circundabunt te, ⁊ coanguſtabunt te vn dique: ⁊ ad terram proſternent te, ⁊ filios tuos, qui in te ſunt. Et non relinquent in te lapidem ſuper lapidem: eo quod nō cognoueris tempus viſitationis tuę. Et in greſſus in templum, cępit eijcere vendentes, ⁊ ementes: dicens illis. Scriptum eſt: quia domus mea, domus orationis eſt. Vos autem feciſtis illam ſpeluncam la tronum. Et erat docens quotidie in templo.

Domin. 11. poſt Pent. Quęre Euā gelīū infra in dom. 11. poſt oct. Trinitatis.

Dominica x poſt octauam Trinitatis.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam. c. 18

Domin. 12. poſt Pent. Quęre Euāgeliū infra in dom. 12. poſt oct. Trinitatis.

IN illo tempore. Dixit Jeſus ad quoſdam, qui in ſe confidebant tanquam iuſti: ⁊ aſpernabantur cęteros, parabolam iſtam. Duo homines aſcenderunt in templum vt orarent: vnus phariſęus: ⁊ alter publicanus. Phariſęus ſtans, hęc apud ſe orabat. Deus, gratias ago tibi, quia non ſum ſicut cęteri hominum: raptores, iniuſti, adulteri: velut etiam hic publicanus. Jeiuno bis in ſabbato: decimas do omnium, quę poſſideo. Et publicanus a longe ſtans, nolebat nec oculos ad cęlum leuare: ſed percutiebat pectus ſuum dicēs. Deus propitius eſto mihi peccatori. Amen dico vobis: deſcendit hic iuſtificatus in domum ſuam ab illo. Quia omnis, qui ſe exaltat, humiliabitur: ⁊ qui ſe humiliat, exaltabitur.

Dominica xi poſt octauam Trinitatis.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Marcum. c. 7

Domin. 13 poſt Pent. Quęre Euāgeliū infra in dom. 13 poſt oct. Trinitatis.

IN illo tempore: Exiens Jeſus de finibus tyri: venit per ſydonem ad mare galilęę: inter medios fines decapoleos. Et adducunt ei ſurdum, ⁊ mutum: ⁊ deprecabantur eum, vt imponat illi manum. Et apprehendens eum de turba ſeorſum: miſit digitos ſuos in auriculas eius: ⁊ expuens, tetigit linguam eius. Et ſuſpiciens in cęlum, ingemuit: ⁊ ait. Effeta: quod eſt adaperire. Et ſtatim apertę ſunt aures eius: ⁊ ſolutū eſt vinculum linguę eius: ⁊ loquebatur recte. Et pręcepit illis: ne cui dicerent. Quanto autem eis pręcipiebat, tanto magis plus prędicabant: ⁊ eo amplius admirabantur, dicentes. Bene omnia fecit: ⁊ ſurdos fecit audire: ⁊ mutos loqui.

Sequentia

c.10 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam.

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Beati oculi, qui vident quę vos videtis. Dico enim vobis: quod multi prophetę, ⁊ reges voluerunt videre, quę vos videtis, ⁊ non viderunt: ⁊ audire, quę auditis: ⁊ non audierunt. Et ecce quidam legiſperitus ſurrexit: tentans illum, ⁊ dicens. Magiſter, quid faciendo vitam ęternam poſſidebo? At ille dixit ad eum. In lege quid ſcriptum eſt? Quomodo legis? Jlle reſpondens, dixit. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, ⁊ ex tota anima tua, ⁊ ex omnibus viribus tuis, ⁊ ex omni mente tua: ⁊ proximum tuũ ſicut teipſuꝫ. Dixitque illi. Recte reſpondiſti. Hoc fac: ⁊ viues. Jlle autem volens iuſtificare ſeipſum: dixit ad Jeſum. Et quis eſt meus proximus? Suſpiciens autem Jeſus, dixit. Homo quidam deſcendebat ab hieruſalem in hierico: ⁊ incidit in latrones. Qui etiam deſpoliauerunt eum: ⁊ plagis impoſitis abierunt, ſemiuiuo relicto. Accidit autem, vt ſacerdos quidam deſcenderet eadem via: ⁊ viſo illo pręterijt. Similiter ⁊ leuita, cum eſſet ſecus locum: ⁊ videret eum: pertranſijt. Samaritanus autem quidam iter faciens, venit ſecus eum: ⁊ videns eum, miſericordia motus eſt. Et appropians alligauit vulnera eius: infundens oleum, ⁊ vinum. Et imponens illum in iumentum ſuum, duxit in ſtabulum: ⁊ curam eius egit. Et altera die protulit duos denarios: ⁊ dedit ſtabulario: ⁊ ait. Curam illius habe: ⁊ quodcunque ſupererogaueris: ego cum rediero: reddam tibi. Quis horum trium videtur tibi proximus fuiſſe illi, qui incidit in latrones? At ille dixit. Qui fecit miſericordiam in illum. Et ait illi Jeſus. Vade: ⁊ tu fac ſimiliter.

Domin. 14. poſt Pent. Quęre Euãgeliũ infra in dom. 14 poſt oct. Trinitatis.

Digitized by Google

Dominica xiii poſt octauam Trinitatis.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam. c. 17

Domin. 15. poſt Pent. Quęre Euãgeliũ infra in dom. 15. poſt oct. Trinitatis.

In illo tempore. Cum iret Jeſus in hieruſalem: tranſibat per mediam ſamariam, ⁊ galilęam. Et cum ingrederetur quoddam caſtellum: occurrerunt ei decem viri leproſi. Qui ſteterunt a longe: ⁊ leuauerunt vocẽ dicentes. Jeſu pręceptor miſerere noſtri. Quos vt vidit, dixit. Jte: oſtendite vos ſacerdotibus. Et factum eſt dum irent: mundati ſunt. Vnus autem ex illis vt vidit, quia mundatus eſt: regreſſus eſt cũ magna voce, magnificans deum. Et cecidit in faciem ante pedes eius: gratias agens. Et hic erat ſamaritanus. Reſpondens autem Jeſus, dixit. Nonne, decem mundati ſunt? Et nouem vbi ſunt? Non eſt inuentus qui rediret, ⁊ daret gloriam deo: niſi hic alienigena. Et ait illi. Surge: vade: quia fides tua te ſaluum fecit.

Dominica xiiii poſt octauam Trinitatis.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Matthęum. c. 6

Domin. 16. poſt Pent. Quęre Euãgeliũ infra in dom. 16. poſt oct. Trinitatis.

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Nemo poteſt duobus dominis ſeruire. Aut enim vnum odio habebit, ⁊ alterum diliget: aut vnum ſuſtinebit: ⁊ alterum contemnet. Non poteſtis deo ſeruire, ⁊ mammonę. Jdeo dico vobis: ne ſoliciti ſitis animę veſtrę, quid manducetis: neque corpori veſtro, quid induamini. Nonne anima plus eſt quam eſca: ⁊ corpus plus quam veſtimentum? Reſpicite volatilia cęli: quoniam non ſerunt: neque metunt: neque congregant in horrea: ⁊ pater veſter cęleſtis paſcit illa. Nonne vos magis pluris eſtis illis? Quis autem veſtrũ cogitans, poteſt adijcere ad ſtaturam ſuam cubitum vnum? Et de veſtimẽto, quid ſoliciti eſtis? Conſiderate lilia agri: quomodo creſcunt. Non laborant, neque nent. Dico autem

Digitized by Google

autem vobis: quod nec ſalomon in omni gloria ſua coopertus eſt, ſicut vnum ex iſtis. Si autem fęnum agri, quod hodie eſt: & cras in clibanum mittitur: deus ſic veſtit: quanto magis vos minimę fidei? Nolite ergo ſoliciti eſſe dicentes: quid manducabimus: aut quid bibemus: aut quo operiemur. Hęc enim omnia gentes inquirunt. Scit enim pater veſter: quia his omnibus indigetis. Quęrite ergo primum regnum dei, & iuſtitiã eius: & hęc omnia adijcientur vobis.

Dominica xv poſt octauam Trinitatis.

c. 7 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam.

IN illo tempore. Ibat Ieſus in ciuitatem, quę vocatur naym: & ibant cum illo diſcipuli eius, & turba copioſa. Cum autem appropinquaret portę ciuitatis: ecce defunctus efferebatur: filius vnicus matris ſuę. Et hęc vidua erat, & turba ciuitatis multa cũ illa. Quam cum vidiſſet Ieſus: miſericordia motus ſuper eam, dixit illi. Noli flere. Et acceſſit: & tetigit loculum. Hi autem qui portabant, ſteterunt. Et ait. Adoleſcens: tibi dico, ſurge. Et reſedit, qui erat mortuus: & cępit loqui. Et dedit illum matri ſuę. Accepit autem omnes timor: & magnificabant deum, dicentes. Quia propheta magnus ſurrexit in nobis: & quia deus viſitauit plebem ſuam.

Domin. 17. poſt Pent. Quęre Euãgeliũ infra in dom. 17. poſt oct. Trinitatis.

Dominica xvi poſt octauam Trinitatis.

c. 14 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam.

IN illo tempore. Cum intraret Ieſus in domum cuiuſdam principis phariſeorum, ſabbato manducare panẽ: & ipſi obſeruabant eum. Et ecce homo quidam

Domin. 18 poſt Pent. Quęre Euãgeliũ infra

in dom, 18 poſt oct. Trinitatis. dam hydropicus erat ante illum. Et reſpondens Ieſus, dixit ad legiſperitos, ꝛ phariſeos, dicens. Si licet ſabbato curare? At illi tacuerunt. Ipſe vero apprehenſum ſanauit eum: ac dimiſit. Et reſpondens ad illos, dixit. Cuius veſtrum aſinus, aut bos in puteum cadet: ꝛ non continuo extrahet illum die ſabbati? Et non poterant ad hec reſpondere illi. Dicebat autem ꝛ ad inuitatos parabolam: intendens quomodo primos accubitus eligerent: dicens ad illos. Cū inuitatus fueris ad nuptias: non diſcumbas in primo loco: ne forte honoratior te ſit inuitatus ab illo: ꝛ veniens is, qui te, ꝛ illum vocauit: dicat tibi. Da huic locum. Et tunc incipias cum rubore nouiſſimum locum tenere. Sed cū vocatus fueris: vade, ꝛ recumbe in nouiſſimo loco: vt cum venerit qui te inuitauit: dicat tibi. Amice, aſcende ſuperius. Tunc erit tibi gloria coram ſimul diſcumbentibus. Quia omnis, qui ſe exaltat, humiliabitur: ꝛ qui ſe humiliat exaltabitur.

Feria iiii quatuor temporum Septembris.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Marcum. c. 9

In illo tempore. Reſpondens vnus de turba: dixit ad Ieſum. Magiſter, attuli filium meum ad te: habentem ſpiritum mutum. Qui vbicunque eum apprehenderit, allidit eum: ꝛ ſpumat: ꝛ ſtridet dentibus: ꝛ areſcit. Et dixi diſcipulis tuis, vt eijcerent illum: ꝛ non potuerunt. Qui reſpondens, dixit eis. O generatio incredula: quam diu apud vos ero? quādiu vos patiar? Afferte illum ad me. Et attulerunt eum. Et cum vidiſſet illum: ſtatim ſpiritus conturbauit eum: ꝛ eliſus in terram, volutabatur ſpumans. Et interrogauit patrem eius. Quantum temporis eſt: ex quo hoc ei accidit? At ille ait. Ab infantia. Et frequenter eum in ignem, ꝛ in

⁊ in aquam miſit: vt eum perderet. Sed ſi quid po-
tes: adiuua nos, miſertus noſtri. Jeſus autem ait il-
li. Si potes credere: omnia poſſibilia ſunt credenti. Et continuo exclamans pater pueri cum lachꝛymis, aiebat. Credo domine: adiuua incredulitatem meam. Et cum videret Jeſus concurrentem turbam: comminatus eſt ſpiritui immundo, dicens illi. Surde, ⁊ mute ſpiritus, ego tibi pꝛęcipio: exi ab eo: ⁊ amplius non introeas in eum. Et clamans, ⁊ multum diſcerpens eum, exijt ab eo. Et factus eſt ſicut moꝛtuus: ita vt multi dicerent: quia moꝛtuus eſt. Jeſus autem tenens manum eius, eleuauit eum: ⁊ ſurrexit. Et cum introiſſet in domum: diſcipuli eius ſecreto interrogabant eum. Quare nos non potuimus eijcere eum? Et dixit illis. Hoc genus in nullo poteſt exire: niſi in oꝛatione, ⁊ ieiunio.

Feria vi quatuor temporum Septembris.

c.7 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam.

In illo tempoꝛe. Rogabat Jeſum quidam phariſęus: vt manducaret cum illo. Et ingreſſus domum phariſęi, diſcubuit. Et ecce mulier, quę erat in ciuitate peccatrix: vt cognouit, quod Jeſus accubuiſſet in domo phariſęi: attulit alabaſtrum vnguenti: ⁊ ſtans retro ſecus pedes eius, lachꝛymis cępit rigare pedes eius: ⁊ capillis capitis ſui tergebat. Et oſculabatur pedes eius: ⁊ vnguento vngebat. Uidens autem phariſęus, qui vocauerat eum: ait intra ſe, dicens. Hic ſi eſſet pꝛopheta: ſciret vtique: quę, ⁊ qualis eſt mulier, quę tangit eum: quia peccatrix eſt. Et reſpondens Jeſus, dixit ad illum. Simon, habeo tibi aliquid dicere. At ille ait. Magiſter dic. Duo debitoꝛes erant cuidam fęneratori. Unus debebat denarios quingentos: ⁊ alius quinquaginta. Non habentibus illis vnde redderent: dona

uit vtriſque. Quis ergo eum plus diligit? Reſpondens ſimon, dixit. Exiſtimo, quia is, cui plus donauit. At ille dixit ei. Recte iudicaſti. Et conuerſus ad mulierem, dixit ſimoni. Uides hanc mulierem? Intraui in domum tuam. Aquam pedibus meis non dediſti: hęc autem lachrymis rigauit pedes meos: & capillis ſuis terſit. Oſculum mihi non dediſti: hęc autem ex quo intrauit: non ceſſauit oſculari pedes meos. Oleo caput meum non vnxiſti: hęc autem vnguento vnxit pedes meos. Propter quod dico tibi: remittuntur ei peccata multa: quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur: minus diligit. Dixit autem ad illam. Remittuntur tibi peccata. Et cęperunt qui ſimul accũbebant, dicere intra ſe. Quis eſt hic: qui etiam peccata dimittit? Dixit autem ad mulierem. Fides tua te ſaluam fecit: vade in pace.

Sabbato quatuor temporum Septembris.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam. c. 13

In illo tempore. Dicebat Jeſus turbis ſimilitudinem hanc. Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea ſua: & venit quęrens fructum in illa: & nõ inuenit. Dixit autem ad cultorem vinee ſuę. Ecce anni tres ſunt: ex quo venio quęrens fructum in ficulnea hac: & non inuenio. Succide ergo illam. Ut quid etiã terram occupat? At ille reſpondens, dixit illi. Domine, dimitte illam & hoc anno: vſque dum fodiam circa illam: & mittam ſtercora. Et ſi quidem fecerit fructum: ſin autem in futurum ſuccides eam. Erat autẽ docens in ſynagoga eorum ſabbatis. Et ecce mulier, quę habebat ſpiritum infirmitatis annis decem, & octo: & erat inclinata: nec omnino poterat ſurſum reſpicere. Quam cum videret, Jeſus: vocauit ad ſe: & ait illi. Mulier, di

miſſa

miſſa es ab infirmitate tua. Et impoſuit illi manus: ⁊ confeſtim erecta eſt: ⁊ glorificabat deum. Reſpondens autẽ archiſynagogus indignans, quia ſabbato curaſſet Jeſus: dicebat turbę. Sex dies ſunt, in quibus oportet operari. In his ergo venite: ⁊ curamini: ⁊ nõ in die ſabbati. Reſpondit autẽ ad illũ dominus, ⁊ dixit. Hypocritę, vnuſquiſque veſtrũ ſabbato non ſoluit bouem ſuũ, aut aſinũ a pręſepio: ⁊ ducit adaquare? Hanc autẽ filiã abrahę, quã alligauit ſathanas, ecce decẽ, ⁊ octo annis: non oportuit ſolui a vinculo iſto, die ſabbati? Et cũ hęc diceret: erubeſcebant omnes aduerſarij eius. Et omnis populus gaudebat in vniuerſis, quę glorioſe fiebãt ab eo.

Dominica xvii poſt octauam Trinitatis.

c.22 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Matthęum.

In illo tempore. Phariſęi audientes quod Jeſus ſilentium impoſuit ſaducęis: conuenerunt in vnũ. Et interrogauit eum vnus ex eis legis doctor: tentans eum. Magiſter, quod eſt mandatum magnum in lege? Ait illi Jeſus. Diliges dominum deum tuum: ex toto corde tuo: ⁊ ex tota anima tua: ⁊ in tota mente tua. Hoc eſt maximum, ⁊ primum mandatum. Secundum autem, ſimile eſt huic. Diliges proximum tuũ ſicut teipſum. In his duobus mandatis, vniuerſa lex pendet, ⁊ prophetę. Congregatis autem phariſęis: interrogauit eos Jeſus dicens. Quid vobis videtur de chriſto? Cuius filius eſt? Dicunt ei, dauid. Ait illis. Quomodo ergo dauid in ſpiritu vocat eum dominũ, dicens? Dixit dominus domino meo: ſede a dextris meis: donec ponam inimicos tuos: ſcabellum pedũ tuorũ? Si ergo dauid vocat eum dominum: quomodo filius eius eſt? Et nemo poterat reſpondere ei verbũ: neq; auſus fuit quiſquam ex illa die eum amplius interrogare.

Domin. 19 poſt Pent. Quęre Euãgeliũ infra in dom. 19 poſt oct. Trinitatis.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Matthęum. c.9

Domin.20. poſt Pent. Quęre Euāgeliū infra in dom.20. poſt oct. Trinitatis.

IN illo tempore. Aſcendens Jeſus in nauiculam transfretauit: & venit in ciuitatem ſuam. Et ecce offerebant ei paralyticum iacentem in lecto. Et videns Jeſus fidem illorum: dixit paralytico. Confide fili: remittuntur tibi peccata tua. Et ecce quidam de ſcribis: dixerunt intra ſe. Hic blaſphemat. Et cum vidiſſet Jeſus cogitationes eorum, dixit. Ut quid cogitatis mala in cordibus veſtris? Quid eſt facilius dicere: dimittuntur tibi peccata: an dicere: ſurge, & ambula? Ut autem ſciatis quoniam filius hominis habet poteſtatem in terra dimittendi peccata: tunc ait paralytico. Surge: tolle lectum tuum: & vade in domum tuam. Et ſurrexit: & abijt in domum ſuam. Uidentes autem turbę timuerunt: & glorificauerunt deum: qui dedit poteſtatem talem hominibus.

Dominica xix poſt octauam Trinitatis.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Matthęum. c.22

Domin.21. poſt Pent. Quęre Euāgeliū infra in dom.21. poſt oct. Trinitatis.

IN illo tempore. Dicebat Jeſus turbis parabolam hanc. Simile factum eſt regnum cęlorum homini regi: qui fecit nuptias filio ſuo. Et miſit ſeruos ſuos vocare inuitatos ad nuptias: & nolebant venire. Jterum miſit alios ſeruos, dicens. Dicite inuitatis. Ecce prandium meum paraui: tauri mei, & altilia occiſa ſunt: & omnia parata: venite ad nuptias. Jlli autem neglexerunt. Et abierunt, alius in villam ſuam: alius vero ad negociationem ſuam. Reliqui vero tenuerunt ſeruos eius: & contumelijs affectos, occiderunt. Rex autem cum audiſſet, iratus eſt. Et miſſis exercitibus ſuis: perdidit homicidas illos: & ciuitatem illorum ſuccendit. Tunc ait ſeruis ſuis. Nuptię quidem paratę ſunt: ſed

ſed qui inuitati erant: non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus viarum: ⁊ quoſcunque inueneritis, vocate ad nuptias. Et egreſſi ſerui eius in vias: congregauerunt omnes, quos inuenerunt: bonos, ⁊ malos. Et impletę ſunt nuptię diſcumbentium. Intrauit autem rex: vt videret diſcumbentes. Et vidit ibi hominem non veſtitum veſte nuptiali. Et ait illi. Amice, quomodo huc intraſti, non habens veſtem nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dixit rex miniſtris. Ligatis manibus eius, ⁊ pedibus: mittite eum in tenebras exteriores. Ibi erit fletus, ⁊ ſtridor dentium. Multi autẽ ſunt vocati: pauci vero electi.

Dominica xx poſt octauam Trinitatis.

c.4 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Johannem.

In illo tempore. Erat quidam regulus: cuius filius infirmabatur, chapharnaum. Hic cum audiſſet quia Jeſus adueniret a iudęa in galilęam: abijt ad eum: ⁊ rogabat eum, vt deſcenderet: ⁊ ſanaret filium eius: incipiebat enim mori. Dixit ergo Jeſus ad eum. Niſi ſigna, ⁊ prodigia videritis: non creditis. Dixit ad eum regulus. Domine, deſcende priuſquam moriatur filius meus. Dixit ei Jeſus. Vade: filius tuus viuit. Credidit homo ſermoni, quem dixit ei Jeſus: ⁊ ibat. Jam autem eo deſcendente, ſerui occurrerunt ei: ⁊ nunciauerunt dicentes: quia filius eius viueret. Interrogabat ergo horam ab eis: in qua melius habuerat. Et dixerunt ei. Quia heri hora ſeptima reliquit eum febris. Cognouit ergo pater, quia illa hora erat: in qua dixit illi Jeſus: filius tuus viuit. Et credidit ipſe, ⁊ domus eius tota.

Domin. 22. poſt Pent. Quęre Euãgeliũ infra in dom. 22. poſt oct. Trinitatis.

Dominica xxi poſt octauam Trinitatis.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum. c. 18

Domin. 23 poſt Pent. Quęre Euã geliũ infra in dom. 23 poſt oct. Trinitatis.

IN illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Similе eſt regnum cęlorum homini regi: qui voluit rationem ponere cum ſeruis ſuis. Et cum cępiſſet rationem ponere: oblatus eſt ei vnus, qui debebat decem millia talenta. Cum autem non haberet vnde redderet: iuſſit eum dominus venundari, & vxorem eius, & filios, & omnia quę habebat: & reddi. Procidens autem ſeruus ille: rogabat eum, dicens. Patientiam habe in me: & omnia reddam tibi. Miſertus autem dominus ſerui illius, dimiſit eum: & debitum dimiſit ei. Egreſſus autem ſeruus ille: inuenit vnum de conſeruis ſuis: qui debebat ei centum denarios. Et tenens ſuffocabat eum, dicens. Redde quod debes. Et procidens conſeruus eius: rogabat eum dicens. Patientiam habe in me: & omnia reddam tibi. Ille autem noluit: ſed abijt: & miſit eum in carcerem: donec redderet debitum. Videntes autem conſerui eius, quę fiebant: contriſtati ſunt valde. Et venerunt: & narrauerunt domino ſuo omnia quę facta fuerant. Tunc vocauit illum dominus ſuus: & ait illi. Serue nequam: omne debitũ dimiſi tibi: quoniam rogaſti me. Nonne ergo oportuit & te miſereri cõſerui tui: ſicut & ego tui miſertus ſum? Et iratus dominus eius, tradidit eum tortoribus: quoadusq; redderet vniuerſum debitum. Sic & pater meus cęleſtis faciet vobis: ſi non remiſeritis vnuſquiſq; fratri ſuo de cordibus veſtris.

Dominica xxii poſt octauam Trinitatis.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum. c. 22

Domin. 24. poſt Pent. Quęre Euã

IN illo tempore. Abeuntes pharíſei, conſiliũ inierunt: vt caperent Jeſum in ſermone. Et mittunt

ei

ei diſcipulos ſuos cum herodianis, dicentes. Magiſter, ſcimus quia verax es: ⁊ viam dei in veritate doces: ⁊ non eſt tibi cura de aliquo. Non enim reſpicis perſonam hominum. Dic ergo nobis. Quid tibi videtur? Licet cenſum dari ceſari, an non? Cognita autem Ieſus nequitia eorum, ait. Quid me tentatis hypocritę? Oſtendite mihi numiſma cenſus. At illi obtulerunt ei denarium. Et ait illis Ieſus. Cuius eſt imago hęc, ⁊ ſuperſcriptio? Dicunt ei, cęſaris. Tunc ait illis. Reddite ergo quę ſunt cęſaris, cęſari: ⁊ quę ſunt dei, deo.

geliū infra in dom. 24 poſt oct. Trinitatis.

Dominica xxiii poſt octauam Trinitatis.

c.9 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Matthęum.

In illo tempore. Loquente Ieſu ad turbas: ecce princeps vnus acceſſit: ⁊ adorabat eum dicens. Domine, filia mea modo defuncta eſt: ſed veni, impone manum tuam ſuper eam: ⁊ viuet. Et ſurgens Ieſus ſequebatur eum: ⁊ diſcipuli eius. Et ecce mulier, quę ſanguinis fluxum patiebatur duodecim annis, acceſſit retro: ⁊ tetigit fimbriam veſtimenti eius. Dicebat enim intra ſe. Si tetigero tantum veſtimentū eius: ſalua ero. At Ieſus conuerſus, ⁊ videns eam, dixit. Confide filia: fides tua te ſaluā fecit. Et ſalua facta eſt mulier ex illa hora. Et cum veniſſet Ieſus in domū principis: ⁊ vidiſſet tibicines, ⁊ turbam tumultuantem: dicebat. Recedite. Non eſt enim mortua puella: ſed dormit. Et deridebant eum. Et cum eiecta eſſet turba: intrauit, ⁊ tenuit manum eius. Et ſurrexit puella. Et exijt fama hęc in vniuerſam terram illam.

Sequentia

Digitized by Google

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum.

IN illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Cū videritis abominationem doſolationis, quę dicta eſt a daniele propheta, ſtantem in loco ſancto: qui legit intelligat. Tunc qui in iudęa ſunt, fugiant ad montes: ⁊ qui in tecto, non deſcendant tollere aliquid de domo ſua: ⁊ qui in agro, non reuertantur tollere tunicam ſuā. Vę autem pręgnantibus ⁊ nutrientibus in illis diebus. Orate autem, vt non fiat fuga veſtra hyeme, vel ſabbato. Erit enim tunc tribulatio magna: qualis non fuit ab initio mundi vſq; modo: neq; fiet. Et niſi breuiati fuiſſent dies illi: non fieret ſalua omnis caro: ſed propter electos, breuiabuntur dies illi. Tunc ſiquis vobis dixerit: ecce hic eſt chriſtus, aut illic: nolite credere. Surgent enim pſeudochriſti, ⁊ pſeudoprophetę: ⁊ dabunt ſigna magna, ⁊ prodigia: ita vt in errorem inducantur, ſi fieri poteſt, etiam electi. Ecce prędixi vobis. Si ergo dixerint vobis: ecce in deſerto eſt: nolite exire: ecce in penetralibus: nolite credere. Sicut enim fulgur exit ab oriente: ⁊ paret vſq; in occidentem: ita erit aduentus filij hominis. Vbicunq; fuerit corpus: illic congregabuntur ⁊ aquilę. Statim autem poſt tribulationem dierum illorum ſol obſcurabitur: ⁊ luna nō dabit lumē ſuum: ⁊ ſtellę cadent de cęlo: ⁊ virtutes cęlorum commouebuntur: ⁊ tunc apparebit ſignum filij hominis in cęlo. Et tunc plangent omnes tribus terrę: ⁊ videbūt filium hominis venientem in nubibus cęli, cum virtute magna, ⁊ maieſtate. Et mittet angelos ſuos cum tuba, ⁊ voce magna: ⁊ congregabunt electos eius a quatuor ventis: a ſummis cęlorum, vſq; ad terminos eorum. Ab arbore autem fici diſcite parabolam. Quū iam ramus eius tener fuerit, ⁊ folia nata: ſcitis, quia prope eſt ęſtas. Ita ⁊ vos, quū videritis hęc omnia: ſcitote quia

prope

prope eſt in ianuis. Amen dico vobis, quia non pręte
ribit generatio hęc: donec omnia iſta fiant. Cęlum, ⁊ ter
ra tranſibunt: verba autem mea non pręteribunt.

In anniuerſario dedicationis Eccleſiæ.

c. 19 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam.

IN illo tempore. Ingreſſus Ieſus perambulabat hierico. Et ecce vir nomine zacheus: ⁊ hic erat princeps publicanorum: ⁊ ipſe diues. Et quęrebat videre Ieſum, quis eſſet: ⁊ non poterat pre turba: quia ſtatura puſillus erat. Et pręcurrens, aſcendit in arborem ſicomorum, vt videret illum: quia inde erat tranſiturus. Et cum veniſſet ad locum: ſuſpiciens Ieſus vidit illum: ⁊ dixit ad eum. Zachee, feſtinans deſcende: quia hodie in domo tua oportet me manere. Et feſtinans, deſcendit: ⁊ excepit illum gaudens. Et cum viderent omnes murmurabant, dicentes: quod ad hominē peccatorem diuertiſſet. Stans autem zacheus, dixit ad Ieſum. Ecce dimidium bonorum meorū domine, do pauperibus: ⁊ ſiquid aliquem defraudaui, reddo quadruplum. Ait Ieſus ad eum. Quia hodie ſalus domui huic facta eſt: eo quod ⁊ ipſe ſit filius abrahę. Venit enim filius hominis quęrere, ⁊ ſaluum facere, quod perierat.

Finis Dominicarum Pentecoſtes.

INCIPIVNT
Euangelia de Sanctis.

Die 29 Nouemb. In vigilia Sancti Andreæ Apoſtoli.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Johannem. c. 1



IN illo tempore. Stabat iohannes: ⁊ ex diſcipulis eius duo. Et reſpiciens Jeſum ambulantem: dixit. Ecce agnus dei. Et audierunt eum duo diſcipuli loquentem: ⁊ ſecuti ſunt Jeſum. Conuerſus autem Jeſus: ⁊ videns eos ſequentes ſe: dicit eis. Quid quęritis? Qui dixerunt ei. Rabbi: quod dicitur interpretatum magiſter: vbi habitas? Dicit eis. Venite, ⁊ videte. Venerunt, ⁊ viderunt vbi maneret: ⁊ apud eum manſerunt die illo. Hora autem erat quaſi decima. Erat autem andreas frater ſimonis petri: vnus ex duobus, qui audierant a iohanne: ⁊ ſecuti fuerant eum. Inuenit hic primum fratrem ſuum ſimonem: ⁊ dixit ei. Inuenimus meſſiam: quod eſt interpretatum, chriſtus. Et adduxit eum ad Jeſum. Intuitus autem eum Jeſus, dixit. Tu es ſimon filius iohanna? tu vocaberis cephas: quod interpretatur petrus. In craſtinum autem voluit exire in galilęam: ⁊ inuenit philippum: ⁊ dixit ei Jeſus. Sequere me. Erat autem philippus a bethſaida ciuitate andreę, ⁊ petri. Inuenit philippus nathanael: ⁊ dicit ei. Quē ſcripſit moyſes in lege, ⁊ prophetę: inuenimus Jeſum filium ioſeph a nazareth. Et dixit ei nathanael. A nazareth poteſt aliquid boni eſſe? Dixit ei philippus. Veni, ⁊ vide. Vidit Jeſus nathanael venientem ad ſe: ⁊ dicit de eo. Ecce vere iſraelita: in quo dolus

non

Digitized by Google

non eſt. Dixit ei nathanael. Vnde me noſti? Reſpon dit Ieſus: & dixit ei. Priuſquam te philippus vocaret, cum eſſes ſub ficu, vidi te. Reſpondit ei nathanael: & ait. Rabbi, tu es filius dei: tu es rex iſrael. Reſpondit ei Ieſus: & dixit ei. Quia dixi tibi, vidi te ſub ficu, credis: maius his videbis. Et dixit eis. Amen amen dico vobis: videbitis cęlũ apertũ: & angelos dei aſcendentes, & deſcendentes ſupra filium hominis.

In die ſancti Andreæ Apoſtoli. Die 30

c. 4 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum.

In illo tempore. Ambulans Ieſus iuxta mare galilęę: vidit duos fratres: ſimonem, qui vocatur petrus: & andream fratrem eius: mittentes rete in mare. Erant enim piſcatores. Et ait illis. Venite poſt me: & faciam vos fieri piſcatores hominum. At illi continuo relictis retibus, ſecuti ſunt eum. Et procedens inde, vidit alios duos fratres: iacobum zebedei, & iohanné fratrem eius in naui, cum zebedęo patre eorum: reficientes retia ſua: & vocauit eos. Illi autem ſtatim relictis retibus, & patre, ſecuti ſunt eum.

Decemb. In die ſanctę Barbarę virg. & mart. Die 4

c. 13 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum.

In illo tempore. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Simile eſt regnum cęlorum theſauro &c. Quęre in communi Virginum. ſecũd. R. e. de cõmuni Virginum.

In die ſancti Nicolai Epiſcopi. Die 6

c. 12 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam.

In illo tempore. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Sint lumbi &c. Quęre in communi Confeſſorum. ſecũd. R. e. de cõmuni Conf. Pont.

Die 7 Decemb. In ordinatione ſancti Ambroſij Doctoris.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Iohannem. c. 10

Euang. ſecundũ Ro. cu. quere in communi Cõfeſſorũ. Vos eſtis.

In illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Ego ſum paſtor bonus: bonus paſtor animã ſuam dat pro ouibus ſuis. Mercenarius autem, ⁊ qui nõ eſt paſtor: cuius non ſunt oues proprię: videt lupum venientem: ⁊ dimittit oues, ⁊ fugit: ⁊ lupus rapit, ⁊ diſpergit oues. Mercenarius autem fugit, quia mercenarius eſt: ⁊ non pertinet ad eum de ouibus. Ego ſum paſtor bonus: ⁊ cognoſco oues meas: ⁊ cognoſcunt me meę. Sicut nouit me pater: ⁊ ego agnoſco patrem: ⁊ animã meam pono pro ouibus meis. Et alias oues habeo, quę non ſunt ex hoc ouili: ⁊ illas oportet me adducere: ⁊ vocem meam audient. Et fiet vnum ouile, ⁊ vnus paſtor.

Die 8 In Sanctificatione beatæ Mariæ.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam. c. 1

Euang. ſecundũ Ro. cu. quere infra in miſſis votiuis beatę virginis. Loquente Ieſu.

In illo tempore. Miſſus eſt angelus gabriel a deo in ciuitatem galileę, cui nomen nazareth: ad virginem deſponſatam viro: cui nomen erat ioſeph, de domo dauid: ⁊ nomen virginis, maria. Et ingreſſus angelus ad eam, dixit. Aue gratia plena: dominus tecũ. Benedicta tu in mulieribus. Quę cum audiſſet, turbata eſt in ſermone eius: ⁊ cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio. Et ait angelus ei. Ne timeas maria: inueniſti enim gratiam apud deum. Ecce concipies in vtero, ⁊ paries filium: ⁊ vocabis nomen eius, Ieſum. Hic erit magnus: ⁊ filius altiſſimi vocabitur. Et dabit illi dominus deus ſedem dauid patris eius: ⁊ regnabit in domo iacob in ęternum: ⁊ regni eius non erit finis. Dixit autẽ maria ad angelum. Quomodo fiet iſtud: quoniam virum non cognoſco? Et reſpondens angelus, dixit ei.

Spiritus

Digitized by Google

Spiritusſanctus ſuperueniet in te: et virtus altiſſimi obumbrabit tibi. Ideoqꝫ, et quod naſcetur ex te ſanctum: vocabitur filius dei. Et ecce eliſabeth cognata tua: et ipſa concepit filium in ſenectute ſua. Et hic menſis eſt ſextus illi, quę vocatur ſterilis: quia non erit impoſſibile apud deum omne verbum. Dixit autem maria. Ecce ancilla domini: fiat mihi ſecundum verbum tuum.

In die ſancti Damaſi Papę.

Die 11

c. 25 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Matthęum.

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Homo quidam peregre etc. Quęre in communi Confeſſorum. ſecūd. R. c. de cōmuni Conf. Pont.

In die ſanctę Lucię virginis.

Die 13

c. 13 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Matthęum.

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Simile eſt regnum cęlorum theſauro etc. Quęre in communi Virginum. ſecūd. R. c. de cōmuni Virginum.

In die ſancti Thomæ Apoſtoli.

Die 21

c. 20 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Johannem.

In illo tempore. Thomas vnus ex duodecim, qui dicitur didymus: non erat cum eis, quando venit Jeſus. Dixerunt ergo ei alij diſcipuli: vidimus dominum. Ille autē dixit eis. Niſi videro in manibus eius fixuram clauorum: et mittam digitum meum in locū clauorum: et mittam manum meam in latus eius: non credam. Et poſt dies octo, iterum erant diſcipuli eius intus: et thomas cum eis. Venit Jeſus ianuis clauſis: et ſtetit in medio, et dixit eis. Pax vobis. Deinde dicit thomę.

thomę. Infer digitum tuum huc: ꝛ vide manus meas: ꝛ affer manum tuam: ꝛ mitte in latus meum: ꝛ noli eſſe incredulus, ſed fidelis. Reſpondit thomas: ꝛ dixit ei. Dominus meus: ꝛ deus meus. Dicit ei Jeſus. Quia vidiſti me thoma, credidiſti: beati qui non viderunt: ꝛ crediderunt.

Die 26 In die ſancti Stephani prothomartyris.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum. c. 23

IN illo tempoꝛe. Dicebat Jeſus turbis iudeoꝛū: ꝛ pꝛincipibus ſacerdotum. Ecce ego mitto ad vos pꝛophetas, ꝛ ſapiētes, ꝛ ſcribas: ꝛ ex illis occidetis ꝛ crucifigetis: ꝛ ex eis flagellabitis in ſynagogis veſtris: ꝛ perſequemini de ciuitate in ciuitatē: vt veniat ſuper vos omnis ſanguis iuſtus: qui effuſus eſt ſuper terrā, a ſanguine abel iuſti, vſqꝫ ad ſanguinē zacharię, filij barachię: quē occidiſtis inter templum, ꝛ altare. Amen dico vobis: venient hęc omnia ſuper generationem iſtam. Hieruſalem, hieruſalem, quę occidis pꝛophetas: ꝛ lapidas eos, qui ad te miſſi ſunt: quoties volui cōgregare filios tuos: quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas, ꝛ noluiſti? Ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta. Dico enim vobis: non me videbitis amodo, donec dicatis. Benedictus qui venit in nomine domini.

Die 27 In die ſancti Iohannis Apoſtoli.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Johannē. c. 21

IN illo tempoꝛe. Dixit Jeſus petro. Sequere me. Conuerſus petrus, vidit illum diſcipulum, quem diligebat Jeſus ſequentem: qui ꝛ recubuit in cęna ſuper pectus eius: ꝛ dixit. Domine, quis eſt, qui tradet te? Hunc

Digitized by Google

Hunc ergo cum vidiſſet petrus: dixit Jeſu. Domine, hic autem quid? Dicit ei Jeſus. Sic eum volo manere, donec veniam. Quid ad te? Tu me ſequere. Exijt ergo ſermo iſte inter fratres: quia diſcipulus ille non moritur. Et non dixit ei Jeſus non moritur: ſed ſic eum volo manere donec veniam: quid ad te? Hic eſt diſcipulus ille: qui teſtimonium perhibet de his, ⁊ ſcripſit hęc. Et ſcimus quia verum eſt teſtimonium eius.

In die ſanctorum Innocentium. Die 28

c. 2 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum.

In illo tépore. Angelus domini apparuit in ſomnis ioſeph dicens. Surge, ⁊ accipe puerum, ⁊ matrem eius: ⁊ fuge in egyptum: ⁊ eſto ibi, vſque dum dicam tibi. Futurum eſt enim, vt herodes quęrat puerum, ad perdendum eum. Qui conſurgens, accepit puerũ, ⁊ matrem eius nocte: ⁊ ſeceſſit in egyptũ. Et erat ibi, vſque ad obitum herodis: vt adimpleretur quod dictum eſt a domino per prophetam, dicentem. Ex egypto vocaui filiũ meum. Tunc herodes videns, quoniam illuſus eſſet a magis: iratus eſt valde. Et mittens, occidit omnes pueros, qui erant in bethleem, ⁊ in omnibus finibus eius: a bimatu, ⁊ infra: ſecundum tempus quod exquiſierat a magis. Tunc adimpletum eſt, quod dictũ eſt per hieremiam prophetã, dicentem. Vox in rama audita eſt, ploratus ⁊ vlulatus multus: rachel plorans filios ſuos: ⁊ noluit cõſolari, quia nõ ſunt.

In die S. Thomę Cantuarien. Epiſc. ⁊ Confeſ. Die 29

c. 12 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Johannem.

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Amen amen dico vobis. Niſi granum frumenti. ⁊c. Quęre in communi vnius martyris.

Euang. ſecundũ Ro. cu. quęre ſupra die 7. Decemb.

Sequentia

Digitized by Google

Die 31 Decemb. In die ſancti Silueſtri Papę.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Matthęum. c. 25

ſecũd. R.C. de cõmuni Conf. Pont. ſint lumbi. In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Homo quidam peregre. &c. Quęre in communi Confeſſorum.

Die 14 Januarij. In die ſancti Hilarij Epiſcopi, & Confeſ.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Matthęum. c. 5.

ſecũd. R.C. de cõmuni Conf. Pont. In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Vos eſtis ſal terrę. etc. Quęre in communi Confeſſorũ.

Die 15 In die ſancti Mauri abbatis.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam. c. 11

ſecũd. R.C. de cõmuni Conf. non Pont. In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Nemo accendit. &c. Quęre in communi Confeſſorum.

Die 16 In die ſancti Marcelli Papę, & martyris.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Matthęum. c. 25

ſecũd. R.C. de cõmuni vnius mart. Pont. In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Homo quidam peregre. &c. Quęre in communi Confeſſorum.

Die 17 In die ſancti Antonij abbatis.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam. c. 11

ſecũd. R.C. de cõmuni Conf. non pont. In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Nemo accendit. &c. Quęre in communi Confeſſorum.

Die 18 In die ſanctę Priſcę virginis, & martyris.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Matthęum c. 13

ſecũd. R. C. de cõmuni In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis parabolam hanc.

Digitized by Google

lam hanc. Simile eſt regnum cęlorum theſauro. &c. Quęre in communi Virginum. virginis, & martyris.

In die ſancti Felicis confeſſoris. Die 19

c. 10 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam.

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis: Qui vos audit, me audit. Et qui vos ſpernit, me ſpernit. Qui autẽ me ſpernit: ſpernit eum, qui me miſit. Reuerſi ſunt autem ſeptuaginta duo cum gaudio dicentes. Domine, etiã dęmonia ſubijciũtur nobis in nomine tuo. Et ait illis. Videbam ſathanam ſicut fulgur de cęlo cadentem. Ecce dedi vobis poteſtatẽ calcandi ſupra ſerpentes, & ſcorpiones, & ſupra omnem virtutem inimici: & nihil vobis nocebit. Veruntamen in hoc nolite gaudere: quia ſpiritus ſubijciuntur vobis. Gaudete autem: quod nomina veſtra ſcripta ſunt in cęlis.

In die ſanctorum martyrum Fabiani, & Sebaſtiani. Die 20

c. 6 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam.

In illo tempore. Deſcendens Jeſus de monte &c. Quęre in communi plurimorum martyrum.

In die ſanctę Agnetis virginis, & martyris. Die 21

c. 25 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Matthęum.

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Simile eſt regnum cęlorum decem virginibus &c. Quęre in communi Virginum.

In die ſancti Vincentij martyris. Die 22

c. 12 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Johannem.

In illo tẽpore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Amẽ amẽ ſecũd. R. C. de cõmuni

virginis, & martyris. dico vobis. Niſi granum frumenti. ℞c. Quere in communi vnius martyris.

Die 23 In die ſancte Emerentiane virginis, ℞ martyris.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum. c. 13

ſecūd. R. C. de cōmuni virginis, & martyris. In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Simile eſt regnum celorum theſauro ℞c. Quere in communi Virginum.

Die 24 In die ſancti Timothei Epiſcopi, ℞ martyris.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum. c. 16

ſecūd. R. C. de cōmuni vnius mart. pont. In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Si quis vult. ℞c. Quere in communi vnius martyris.

Die 25 In Conuerſione ſancti Pauli Apoſtoli.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum. c. 19

In illo tempore. Dixit Simonpetrus ad Jeſum. Ecce nos reliquimus omnia: ℞ ſecuti ſumus te. Quid ergo erit nobis? Jeſus autem dixit illis. Amen dico vobis: quod vos, qui ſecuti eſtis me: in regeneratione, cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſue: ſedebitis ℞ vos ſuper ſedes duodecim: iudicantes duodecim tribus iſrael. Et omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, aut ſorores, aut patrē, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum: centuplum accipiet: ℞ vitam eternam poſſidebit.

Die 26 In die S. Polycarpi Epiſcopi, ℞ mārt.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum. c. 25

ſecūd. R. C. de cōmuni vnius mart. Pont. In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Homo quidam peregre ℞c. Quere in communi Confeſſorum.

Sequentia

Digitized by Google

c. 5 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum.

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Vos eſtis ſal terrę. Quod ſi ſal euanuerit: in quo ſalietur. &c. Quęre in communi Confeſſorum. ſecūd. R. C. de cōmuni Conf. Pont.

In die ſanctę Agnetis ſecundo. Die 28

c. 13 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum.

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Simile eſt regnum cęlorum theſauro. &c. Quęre in communi Virginum. ſecūd. R. C. de cōmuni Virginum.

In die ſancti Pauli primi Eremitę. Die 29

c. 11 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam.

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Nemo accendit lucernam, & in abſcondito ponit. &c. Quęre in communi Confeſſorum.

In die ſancti Juliani Epiſcopi, & Confeſſoris. Die 31

c. 12 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam.

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Sint lumbi veſtri pręcincti: & lucernę ardentes in manibus veſtris. &c. Quęre in communi Confeſſorum.

Februarij. In die s. Jgnatij epiſ. & mart. Die 1

c. 12 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Johannem.

In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Amen amen dico vobis. Niſi granum frumenti cadens. &c. Quęre in communi vnius martyris. ſecūd. R. C. de cōmuni vnius mart.

Digitized by Google

Die 2. Februarij. In Purificatione beatę Marię.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam. c. 2

In illo tempore. Poſtquam impleti ſunt dies purgationis marię, ſecundum legem moyſi: tulerunt Jeſum in hieruſalem: vt ſiſterent eum domino: ſicut ſcriptum eſt in lege domini: quia omne maſculinum adaperiens vuluam, ſanctum domino vocabitur. Et vt darent hoſtiam, ſecundum quod dictum eſt in lege domini: par turturum, aut duos pullos columbarum. Et ecce homo erat in hieruſalem: cui nomen ſymeon. Et homo iſte iuſtus, ⁊ timoratus: expectans conſolationē iſrael: ⁊ ſpiritus ſanctus erat in eo. Et reſponſum acceperat a ſpiritu ſancto: non viſurum ſe mortem: niſi prius videret chriſtum domini. Et venit in ſpiritu in templum. Et cum inducerent puerū Jeſum parentes eius: vt facerent ſecundū conſuetudinem legis pro eo: ⁊ ipſe accepit eum in vlnas ſuas: ⁊ benedixit deum: ⁊ dixit. Nunc dimittis ſeruum tuum domine: ſecundum verbū tuum in pace. Quia viderunt oculi mei ſalutare tuum: quod paraſti ante faciem omnium populorum. Lumen ad reuelationem gentiū: ⁊ gloriam plebis tuę iſrael.

Die 3 In die s. Blaſij epiſ. ⁊ mart.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Johannem. c. 12

ſecūd.R.C. de cōmuni vnius mart. In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Amen amen dico vobis. Niſi granum frumenti cadens. ⁊c. Quere in communi vnius Martyris.

Die 5 In die s. Agathę virginis, ⁊ martyris.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Matthęum. c. 13

ſecūd. R. C. de cōmuni Virginum. In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Simile eſt regnum cęlorum theſauro. ⁊c. Quere in communi Virginum.

Sequentia

Digitized by Google

c. 13 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum.

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Simile eſt regnum cęlorum theſauro. &c. Quęre in communi Virginum. ſecũd. R. c. de cõmuni Virginum.

In die s. Apollonię virginis, & martyris. Die 9

c. 13 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum.

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Simile eſt regnum cęlorum theſauro. &c. Quęre in communi Virginum. ſecũd. R. c. de cõmuni Virginum.

In die ſanctę Scholaſticę virginis. Die 10

c. 25 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum.

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Simile eſt regnum cęlorum decem virginibus. &c. Quęre in communi Virginum. ſecũd. R.C. de cõmuni Virginum.

In die s. Valentini martyris. Die 14

c. 10 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum.

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Nolite arbitrari, quia venerim pacem mittere in terram. &c. Quęre in communi vnius martyris. ſecũd. R.C. de cõmuni vnius mart.

In Cathedra ſancti Petri. Die 22

c. 16 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum.

In illo tempore. Venit Jeſus in partes ceſareę philippi: & interrogabat diſcipulos ſuos dicens. Quem dicunt homines eſſe filium hominis? At illi dixerunt. Alij iohannem baptiſtam, alij autem eliam: alij vero

vero ieremiam, aut vnum ex prophetis. Dicit illis Ieſus. Vos autem, quem me eſſe dicitis? Reſpondens ſimon petrus, dixit. Tu es chriſtus, filius dei viui. Reſpondens autem Ieſus, dixit ei. Beatus es ſimon bari ona: quia caro, & ſanguis non reuelauit tibi: ſed pater meus, qui in cęlis eſt. Et ego dico tibi: quia tu es petrus: & ſuper hanc petram ędificabo eccleſiam meam. Et portę inferi non pręualebunt aduerſus eam. Et tibi dabo claues regni cęlorum. Et quodcunque ligaueris ſuper terram: erit ligatum & in cęlis: & quodcunque ſolueris ſuper terram: erit ſolutum & in cęlis.

Die 24

In die ſancti Matthiæ Apoſtoli.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum. c. 11

IN illo tempore. Reſpondens Ieſus dixit. Cōfiteor tibi pater domine cęli, & terrę: quia abſcondiſti hęc a ſapientibus, & prudentibus: & reuelaſti ea paruulis. Ita pater: quoniam ſic placitum fuit ante te. Omnia mihi tradita ſunt a patre meo. Et nemo nouit filium, niſi pater: neque patrem quis nouit niſi, filius: & cui voluerit filius reuelare. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis: & ego reficiam vos. Tollite iugum meum ſuper vos: & diſcite a me, quia mitis ſum, & humilis corde: & inuenietis requiem animabus veſtris. Iugum enim meum ſuaue eſt: & onus meū leue.

Die 1 Martij. In die s. Albini epiſcopi, & confeſſ.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum. c. 24

ſecūd. R. C. de cōmuni Conf. Pont. In illo tempore. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Vigilate quia neſcitis qua hora dominus veſter venturus ſit. &c. Quęre in communi Confeſſorum.

Sequentia

c. 5 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum.

In illo tempore. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Vos eſtis ſal terrę. Quod ſi ſal euanuerit in quo ſalietur. &c. Quęre in communi Confeſſorum. ſecũd.R.C. de cõmuni Confeſſorũ

In die s. Gregorii Papę. Die 12

c. 5 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum.

In illo tempore. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Vos eſtis ſal terrę. Quod ſi ſal euanuerit in quo ſalietur. &c. Quęre in communi Confeſſorum. ſecũd.R.C. de cõmuni confeſſorũ

In die s. Ioſeph ſponſi beatę Marię virg. Die 19

c. 1 Sequentia ſancti Euangelii ſecundum Mattheum.

In illo tempore. Cum eſſet diſponſata mater Ieſu, Maria, &c. Quęre ſupra in vigilia natiuitatis Domini.

In die s. Benedicti abbatis. Die 21

c. 11 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam.

In illo tempore. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Nemo accendit lucernam, & in abſcondito ponit, neque ſub modio, &c. Quęre in communi Confeſſorum. ſecũd. R. c. de cõmuni Conf. non Pont.

In Annunciatione Dominica. Die 25

c. 1 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam.

In illo tempore. Miſſus eſt angelus gabriel à deo in ciuitatem galilęę, cui nomen nazareth: ad virginem deſponſatam viro, cui nomen erat ioſeph de domo dauid: & nomen virginis maria. Et ingreſſus angelus ad eam dixit. Aue gratia plena: dominus tecum. Benedicta tu in mulieribus. Quę cum audiſſet, turbata

eſt in

eſt in ſermone eius: ⁊ cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio. Et ait angelus ei. Ne timeas maria: inueniſti enim gratiam apud deum. Ecce concipies in vtero, ⁊ paries filium: ⁊ vocabis nomen eius, Jeſum. Hic erit magnus: ⁊ filius altiſſimi vocabitur. Et dabit illi dominus deus ſedem dauid patris eius: ⁊ regnabit in domo iacob in ęternum: ⁊ regni eius non erit finis. Dixit autem maria ad angelum. Quomodo fiet iſtud: quoniam virum non cognoſco? Et reſpondens angelus dixit ei. Spiritus ſanctus ſuperueniet in te: ⁊ virtus altiſſimi obumbrabit tibi. Jdeoque, ⁊ quod naſcetur ex te ſanctum: vocabitur filius dei. Et ecce eliſabeth cognata tua: ⁊ ipſa concepit filium in ſenectute ſua. Et hic menſis eſt ſextus illi, quę vocatur ſterilis: quia non erit impoſſibile apud deum omne verbum. Dixit autem maria. Ecce ancilla domini: fiat mihi ſecundum verbum tuum.

Die 4 Aprilis In die s. Ambroſii epiſcopi.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Matthęum. c. 5

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Vos eſtis ſal terre. Quod ſi ſal euanuerit: in quo ſalietur? ⁊c. Quere in die ſequenti.

Die 5 In die ſancti Vincentii confeſſoris.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Matthęum. c. 5

ſecũd. R. C. de cõmuni conf. non pont.

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Vos eſtis ſal terrę. Quod ſi ſal euanuerit: in quo ſalietur? Ad nihilum valet vltra: niſi vt mittatur foras: ⁊ conculcetur ab hominibus. Vos eſtis lux mundi. Nõ poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita: neque accendunt lucernam: ⁊ ponunt eam ſub modio: ſed ſuper candelabrum:

candelabrū: vt luceat omnibus, qui in domo ſunt. Sic luceat lux veſtra coram hominibus: vt videāt opera veſtra bona: ⁊ glorificent patrem veſtrum qui in cęlis eſt. Nolite putare, quoniam veni ſoluere legem, aut prophetas. Non veni ſoluere: ſed adimplere. Amen quippe dico vobis: donec tranſeat cęlum, ⁊ terra: iota vnum, aut vnus apex non pręteribit a lege: donec omnia fiant. Qui ergo ſoluerit vnum de mandatis iſtis minimis: ⁊ docuerit ſic homines: minimus vocabitur in regno cęlorum. Qui autem fecerit, ⁊ docuerit: hic magnus vocabitur in regno cęlorum.

c.12 In die ss. martyrū Tiburtii, Valeriani, ⁊ Maximi. Die 14

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam.

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Attendite a fermento phariſęorum: quod eſt hypocriſis. ⁊c. Quęre in communi plurimorum martyrum. ſecūd. R. C. de cōmuni plurimorū martyrum.

In die s. Georgij martyris. Die 23

c.16 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Matthęum.

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Si quis vult poſt me venire: abneget ſemetipſum: ⁊ tollat crucem ſuam. ⁊c. Quęre in communi vnius martyris. ſecūd. R. C. de cōmuni vnius mart. non pont.

In die s. Adalberti epi. ⁊ mart. Die 24

c.22 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam.

In illo tempore. Facta eſt contentio inter diſcipulos: quis eorum videretur eſſe maior. ⁊c. Quęre in communi vnius martyris.

Die 25 **Aprilis** In die ſancti Marci Euangeliſtę.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Johannem. c. 15

ſecũd.R.C. de cõmuni Euãgeliſtarũ. Deſignauit.



In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Ego ſum vitis vera: ⁊ pater meus agricola eſt. Omnem palmitẽ in me non ferentem fructum tollet eum: ⁊ omnem qui fert fructum purgabit eum: vt fructum plus afferat. Jam vos mundi eſtis: propter ſermonẽ quem locutus ſum vobis. Manete in me: ⁊ ego in vobis. Sicut palmes non poteſt ferre fructum a ſemetipſo, niſi manſerit in vite: ſic nec vos, niſi in me mãſeritis. Ego ſum vitis: ⁊ vos palmites. Qui manet in me, ⁊ ego in eo, hic fert fructum multum: quia ſine me nihil poteſtis facere. Siquis in me non manſerit, mittetur foras ſicut palmes, ⁊ areſcet: ⁊ colligent eum, ⁊ in ignem mittent: ⁊ ardet. Si manſeritis in me, ⁊ verba mea in vobis manſerint: quodcunque volueritis petetis, ⁊ fiet vobis.

Die 28 In die s. Vitalis martyris.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum. c. 16

ſecũd.R.C. de cõmuni vnius mart. non pont.

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Si quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum: ⁊ tollat crucẽ ſuam. ⁊c. Quere in communi vnius martyris.

Die 29 In feſto beati Petri martyris.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam. c. 9

ſecũd.R.C. de cõmuni vnius mart. non pont.

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Si quis vult poſt me venire: abneget ſemetipſum: ⁊ tollat crucem ſuam quotidie, ⁊ ſequatur me. Qui enim voluerit animam ſuam ſaluam facere: perdet eam. Nam qui perdiderit animam ſuam propter me: ſaluam faciet illam.

Digitized by Google

illam. Quid enim proficit homini: ſi lucretur vniuerſū mundum: ſeipſum autem perdat: & detrimentum ſui faciat? Nam qui me erubuerit, & meos ſermones: hunc filius hominis erubeſcet: cum venerit in maieſtate ſua, & patris, & ſanctorum angelorum.

Maii In die ss. Apoſtolorum Philippi, & Iacobi. Die 1

c. 14 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Johannem.

IN illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Nõ turbetur cor veſtrum. Creditis in deum: & in me credite. In domo patris mei manſiones multę ſunt. Si quo minus dixiſſem vobis: quia vado parare vobis locum. Et ſi abiero, & pręparauero vobis locum: iterum veniam: & accipiam vos ad meipſum: vt vbi ego ſum, & vos ſitis. Et quo ego vado ſcitis: & viam ſcitis. Dicit thomas. Domine, neſcimus quo vadis: & quo modo poſſumus viam ſcire? Dicit ei Jeſus. Ego ſum via, veritas, & vita. Nemo venit ad patrem: niſi per me. Si cognouiſſetis me: & patrem meū vtique cognouiſſetis. Et amodo cognoſcetis eum: & vidiſtis eum. Dicit ei philippus. Domine, oſtende nobis patrem: & ſufficit nobis. Dicit eis Jeſus. Tanto tempore vobiſcū ſum: & non cognouiſtis me? Philippe, qui videt me: videt & patrem meum. Quomodo tu dicis: oſtende nobis patrem? Non credis, quia ego in patre, & pater in me eſt? Verba, quę ego loquor vobis: a meipſo non loquor. Pater autem in me manens, ipſe facit opera. Non creditis quia ego in patre, & pater in me eſt? Alioquin, propter opera ipſa credite. Amen amen dico vobis: qui credit in me, opera quę ego facio, & ipſe faciet: & maiora horum faciet: quia ego ad patrem vado. Et quodcunque petieritis patrem in nomine meo: hoc faciam.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Johannem. c. 10

ſecũd. R.C. de cõmuni Conf. Pont.

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Ego ſum paſtor bonus. Bonus paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis. Mercenarius autem, ⁊ qui non eſt paſtor, cuius non ſunt oues proprię: videt lupum venientem, ⁊ dimittit oues, ⁊ fugit: ⁊ lupus rapit, ⁊ diſpergit oues. Mercenarius autem fugit, quia mercenarius eſt: ⁊ non pertinet ad eum de ouibus. Ego ſum paſtor bonus, ⁊ cognoſco oues meas: ⁊ cognoſcunt me meę. Sicut nouit me pater, ⁊ ego agnoſco patrem: ⁊ animam meam pono pro ouibus meis. Et alias oues habeo, quę non ſunt ex hoc ouili, ⁊ illas oportet me adducere: ⁊ vocem meam audient. Et fiet vnum ouile, ⁊ vnus paſtor.

Die 3 In Inuentione ſanctæ Crucis.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Johannem. c. 3

In illo tempore. Erat homo ex phariſeis nichodemus nomine: princeps iudęorum. Hic venit ad Jeſum nocte: ⁊ dixit ei. Rabbi, ſcimus quia a deo veniſti magiſter. Nemo enim poteſt hęc ſigna facere, quę tu facis: niſi fuerit deus cum eo. Reſpondit Jeſus: ⁊ dixit ei. Amen, amen dico tibi: niſi quis natus fuerit denuo, non poteſt videre regnum dei. Dixit ad eum nichodemus. Quomodo poteſt homo naſci, cum ſit ſenex? Nunquid poteſt in ventrem matris ſuę iterato introire, ⁊ renaſci? Reſpondit Jeſus. Amen amen dico tibi: niſi quis renatus fuerit ex aqua, ⁊ ſpiritu ſancto: non poteſt introire in regnum dei. Quod natum eſt ex carne: caro eſt. Et quod natum eſt ex ſpiritu: ſpiritus eſt. Non mireris quia dixi tibi: oportet vos naſci denuo. Spiritus vbi vult ſpirat: ⁊ vocem eius audis:

ſed non

Digitized by Google

ſed non ſcis vnde veniat, aut quo vadat. Sic eſt omnis, qui natus eſt ex ſpiritu. Reſpondit nichodemus: ⁊ dixit ei. Quomodo poſſunt hęc fieri? Reſpondit Jeſus: ⁊ dixit ei. Tu es magiſter in iſrael: ⁊ hęc ignoras? Amen amen dico tibi: quia quod ſcimus, loquimur: ⁊ quod vidimus teſtamur: ⁊ teſtimonium noſtrũ non accipitis. Si terrena dixi vobis, ⁊ non creditis: quomodo ſi dixero vobis cęleſtia, creditis? Et nemo aſcendit in cęlum, niſi qui deſcendit de cęlo: filius hominis, qui eſt in cęlo. Et ſicut moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto: ita exaltari oportet filium hominis: vt omnis qui credit in ipſum non pereat: ſed habeat vitam ęternam.

In feſto ſanctæ Chatarinæ de Senis. Fit in Dom. 1 poſt feſtũ S. Crucis.

c. 13 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum.

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Simile eſt regnum cęlorum grano ſinapis: quod accipiens homo ſeminauit in agro ſuo. Quod minimum quidem eſt omnibus ſeminibus. Cũ autem creuerit: maius eſt omnibus oleribus: ⁊ fit arbor: ita vt volucres cęli veniant, ⁊ habitent in ramis eius. Iterum ſimile eſt regnum cęlorũ fermento: quod acceptum mulier abſcondit in farinę ſatis tribus: donec fermentatum eſt totum. Hęc omnia locutus eſt Jeſus in parabolis: vt impleretur quod dictum eſt per prophetam dicentem. Aperiam in parabolis os meũ: eructabo abſcondita a conſtitutione mundi.

In die s. Athanaſij epiſ. ⁊ conf. Die 5

c. 5 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum.

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Vos eſtis ſal terrę. ⁊c. Quęre in communi Confeſſorum.

Sequentia

In die s. Johannis ante portam latinam.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Johannem. c. 21

IN illo tempore. Dixit Jeſus ~~diſcipulis ſuis~~ Petro. Sequere me. Conuerſus petrus vidit illum diſcipulum, quem diligebat Jeſus, ſequentem, qui ⁊ recubuit in cęna ſuper pectus eius: ⁊ dixit. Domine, quis eſt qui tradet te? Hunc ergo cum vidiſſet petrus dixit Jeſu, Domine, hic autem quid? Dicit ei Jeſus. Sic eum volo manere: donec veniam. Quid ad te? Tu me ſequere. Exijt ergo ſermo inter fratres: quia diſcipulus ille non moritur. Et non dixit ei Jeſus non moritur: ſed ſic eum volo manere donec veniã: quid ad te? Hic eſt diſcipulus ille, qui teſtimonium perhibet de his: ⁊ ſcripſit hęc. Et ſcimus quia verum eſt teſtimoniũ eius.

In eodem ſecundum Rom. Cu.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum. c. 20

IN illo tempore. Acceſſit ad Jeſum mater filiorũ zebedęi cum filijs ſuis: adorans, ⁊ petens aliquid ab eo. Qui dixit ei. Quid vis? Ait illi. Dic, vt ſedeant hi duo filij mei: vnus ad dexteram tuam, ⁊ vnus ad ſiniſtram in regno tuo. Reſpondens autem Jeſus, dixit. Neſcitis quid petatis. Poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum? Dicunt ei. Poſſumus. Ait illis. Calicem quidem meum bibetis: ſedere autem ad dexteram meam, ⁊ ſiniſtram, non eſt meum dare vobis: ſed quibus paratum eſt a patre meo.

Die 8 In Apparitione ſancti Michaelis Archangeli.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum. c. 18

IN illo tempore. Acceſſerunt diſcipuli ad Jeſum dicentes. Quis putas maior eſt in regno cęlorũ?

Et

Digitized by Google

Et aduocans Jeſus paruulum: ſtatuit eum in medio eorum: & dixit. Amen dico vobis, niſi conuerſi fueritis: & efficiamini ſicut paruuli: non intrabitis in regnum cęlorum. Quicunque ergo humiliauerit ſe, ſicut paruulus iſte: hic maior eſt in regno cęlorum. Et qui ſuſcepe rit vnum paruulum talem in nomine meo: me ſuſcipit. Qui autem ſcandalizauerit vnum de puſillis iſtis, qui in me credunt: expedit ei, vt ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Vę mundo a ſcandalis. Neceſſe eſt enim: vt veniant ſcandala. Veruntamen, vę homini illi: per quem ſcandalū venit. Si autem manus tua, vel pes tuus ſcandalizat te: abſcide eum, & proijce abs te. Bonum eſt tibi ad vitam ingredi debilem, vel claudum: quam duas manus vel duos pedes habentem, mitti in ignem ęternum. Et ſi oculus tuus ſcandalizat te: erue eum, & proijce abs te. Bonum eſt tibi vnum oculum habentem in vitam intrare: quam duos oculos habentē mitti in gehennā ignis. Videte ne contemnatis vnū ex his puſillis. Dico enim vobis: quia angeli eorum in cęlis, ſemper vident faciem patris mei, qui in cęlis eſt.

In die s. Gregorij Nazianzeni Epiſcopi. Die 9

c. 5 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Matthęum.

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Vos eſtis ſal terrę. Quod ſi ſal euanuerit in quo ſalietur. &c. Quęre in communi Confeſſorūm.

ſecūd. R. C. de cōmuni Conf. Pont.

In die ss. martyrum Gordiani, & Epimachi. Die 10

c. 21 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam.

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Cum audieritis pręlia & ſeditiones: nolite terreri. &c. Quęre in communi plurimorum martyrum.

ſecūd. R. C. de cōmuni plurimorū mart.

Sequentia

Digitized by Google

Die 12 Maij In die ss. Nerei, Achillei, atq; Pancratij mart.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam. c. 6

ſecũd. R. C. de cõmuni plurimorũ mart. In illo tempore. Deſcendens Jeſus de monte, ſtetit in loco campeſtri: & turba diſcipulorum eius. &c. Quere in communi plurimorum martyrum.

Die 13 In die s. Seruatij Confeſſoris.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum. c. 24

ſecũd. R. c. de cõmuni Conf. non Pont. In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Vigilate: quia neſcitis qua hora dominus veſter venturus ſit. &c. Quere in communi Confeſſorum.

Die 19 In die s. Potentianę virginis.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum. c. 13

ſecũd. R. c. de cõmuni Virginum. In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Simile eſt regnum cęlorum theſauro &c. Quere in communi Virginum.

Die 25 In die s. Urbani papę, & martyris.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum. c. 25

ſecũd. R. C. de cõmuni vnius mart. Pont. In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Homo quidam peregre &c. Quere in communi Confeſſorum.

Die 31 In die s. Petronillę virginis.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum. c. 13

ſecũd. R. C. de cõmuni Virginum. In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Simile eſt regnum cęlorum theſauro, &c. Quere in communi Virginum.

Sequentia

c. 21 Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Cum audieritis prelia & ſeditiones: nolite terreri. &c. Quere in communi plurimorum martyrum. ſecũd. R. C. de cõmuni plurimorũ mart.

In die s. Medardi epiſ. & confeſſoris. Die 8

c. 24 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum.

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Vigilate: quia neſcitis qua hora dominus veſter, &c. Quere in communi Confeſſorum. ſecũd. R. C. de cõmuni conf. pont.

In die ss. Primi, & Feliciani martyrum. Die 9

c. 5 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum.

In illo tempore. Videns Jeſus turbas, aſcendit in montem. Et cum ſediſſet: acceſſerunt ad eum &c. Quere in communi plurimorum martyrum. ſecũd. R. C. de cõmuni plurimorũ. martyrum.

In die s. Barnabæ Apoſtoli. Die 11

c. 10 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum.

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Ecce ego mitto vos, ſicut oues in medio luporum. Eſtote ergo prudentes ſicut ſerpentes: & ſimplices ſicut columbe. Cauete autem ab hominibus. Tradent enim vos in concilijs: & in ſynagogis ſuis flagellabunt vos. Et ad preſides, & ad reges ducemini propter me: in teſtimonium illis, & gentibus. Cum autem tradent vos: nolite cogitare, quomodo, aut quid loquamini. Dabitur enim vobis in illa hora, quid loquamini. Non enim vos eſtis qui loquimini: ſed ſpiritus patris veſtri, qui loquitur in vobis. Tradet autem frater fratrem in ſecũd. R. C. de cõmuni apoſtolorũ

mortem: & pater filium. Et inſurgent filij in parentes: & morte eos afficient. Et eritis odio omnibus propter nomen meum. Qui autem perſeuerauerit vſq; in finē: hic ſaluus erit.

Die 12 In die ss. Baſilidis, Cirini, Naboris, & Nazarii mart.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam. c. 12

ſecūd. R. C. de cōmuni plurimorū mart. In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis: Attendite a fermento phariſeorum, quod eſt hypocriſis. &c. Quęre in communi plurimorum martyrum.

Die 13 In die ſancti Antonij confeſſoris.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam. c. 11

ſecūd. R. c. vos eſtis ſal terrę in cōmuni Conf. In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Nemo accendit lucernam, & in abſcondito ponit: neque ſub modio, &c. Quęre in communi Confeſſorum.

Die 14 In die s. Baſilij Cęſarienſis epiſ.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum. c. 5

ſecūd. R. C. de cōmuni Conf. Pont. In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Vos eſtis ſal terrę. Quod ſi ſal euanuerit: in quo ſalietur? &c. Quęre in communi Confeſſorum.

Die 15 In die ss. Viti & Modeſti atq; Creſcentię mart.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum. c. 5

ſecūd. R. C. de cōmuni plurimorū mart. In illo tempore: Videns Jeſus turbas, aſcendit in montem. Et cum ſediſſet: acceſſerunt ad eum &c. Quęre in communi plurimorum martyrum.

Sequentia

Digitized by Google

c. 24 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum.

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Vigilate quia neſcitis qua hora dominus veſter venturus ſit. ⁊c. Quere in communi Confeſſorum. ſecūd. R. C. de cōmuni vnius mart.

In die ss. Marci, ⁊ Marcelliani martyrum. Die 18

c. 21 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam.

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Cum audieritis prelia ⁊ ſeditiones: nolite terreri. ⁊c. Quere in communi plurimorum martyrum. ſecūd. R. C. de cōmuni plurimorū martyrum.

In die ss. Geruaſii, ⁊ Prothaſii martyrum. Die 19

c. 14 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Marcum.

In illo tempore. Cum egrederetur Jeſus de templo: ait illi vnus ex diſcipulis ſuis. Magiſter, aſpice quales lapides, ⁊ quales ſtructure? Et reſpondens Jeſus, ait illi. Vides has omnes magnas edificationes? Non relinquetur lapis ſuper lapidem: qui nō deſtruatur. Et cum ſederet in monte oliuarū contra templum: interrogabant eum ſeparatim petrus, ⁊ iacobus, ⁊ iohannes, ⁊ andreas. Dic nobis quando iſta fient: ⁊ quod ſignū erit, quando hec omnia incipient conſummari? Et reſpondens Jeſus, cepit dicere illis. Videte, ne quis vos ſeducat. Multi enim venient in nomine meo dicentes, quia ego ſum: ⁊ multos ſeducent. Cum autem audieritis bella, ⁊ opiniones bellorum: ne timueritis. Oportet enim hec fieri: ſed nondum finis. Exurget autem gens ſuper gentem: ⁊ regnum ſuper regnum: ⁊ erunt terremotus per loca, ⁊ fames. Initium dolorum hec. Videte autem voſmetipſos. Tradent enim vos in conciliis: ⁊ in ſynagogis vapulabitis. Et ante reges, ⁊ preſides ſtabitis propter me: in teſtimo- ſecūd. R. C. de cōmuni plurimorū mart.

In die ss. Geruaſii, & Protaſii martyrum.

nium illis. Et in omnes gentes primum oportet prędicare euangelium. Et cum duxerint vos tradentes: nolite pręcogitare quid loquamini: ſed quod datum fuerit vobis in illa hora, id loquamini. Non enim vos eſtis loquentes: ſed ſpiritus ſanctus. Tradet autem frater fratrem in mortem: & pater filium. Et conſurgent filij in parentes: & morte eos afficient. Et eritis odio omnibus propter nomen meũ. Qui autem ſuſtinuerit vſq; in finem: hic ſaluus erit.

Die 22

In die ss. decem millium martyrum.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam. c. 24

ſecũd. R. c. de cõmuni plurimorũ mart. In illo tempore. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Cum audieritis prelia & ſeditiones: nolite terreri. &c. Quęre in communi plurimorum martyrum.

Die 23

In vigilia S. Iohannis Baptiſtæ.

Initium ſancti Euangelij ſecundum Lucam. c. 1

Fuit in diebus herodis regis iudeę ſacerdos quidam nomine zacharias, de vice abia: & vxor illius de filiabus aaron: & nomen eius eliſabeth. Erant autem iuſti ambo ante deum: incedentes in omnibus mandatis, & iuſtificationibus domini ſine querela. Et non erat illis filius: eo quod eſſet eliſabeth ſterilis: & ambo proceſſiſſent in diebus ſuis. Factum eſt autem cum ſacerdotio fungeretur zacharias in ordine vicis ſuę ante deum, ſecundum conſuetudinem ſacerdotii: ſorte exiit vt incenſum poneret, ingreſſus in templum domini. Et omnis multitudo populi erat orans foris, hora incenſi. Apparuit autem illi angelus domini: ſtans a dextris altaris incenſi. Et zacharias turbatus eſt videns: & timor irruit ſuper eum. Ait autem ad illum angelus.

Ne

Ne timeas zacharia: quoniam exaudita eſt deprecatio
tua. Et vxor tua eliſabeth pariet tibi filium: ⁊ vocabis
nomen eius iohannem. Et erit gaudium tibi, ⁊ exul
tatio: ⁊ multi in natiuitate eius gaudebunt. Erit enim
magnus coram domino: vinum, ⁊ ſiceram non bibet:
⁊ ſpiritu ſancto replebitur adhuc ex vtero matris ſuę.
Et multos filiorum iſrael, conuertet ad dominũ deum
ipſorũ. Et ipſe pręcedet ante illũ in ſpiritu, ⁊ virtute elię:
vt conuertat corda patrũ in filios: ⁊ incredulos ad pru
dentiam iuſtorum. Parare domino plebem perfectam.

In die ſancti Iohannis Baptiſtæ. Die 24

c. 1 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam:

IN illo tempore. Eliſabeth impletũ eſt tempus pa
riendi: ⁊ peperit filium. Et audierunt vicini, ⁊ co
gnati eius: quia magnificauit dominus miſericordiam
ſuam cum illa: ⁊ congratulabantur ei. Et factum eſt in
die octauo: venerunt circuncidere puerum: ⁊ vocabant
eum nomine patris ſui, zachariam. Et reſpondens ma
ter eius, dixit. Nequaquam: ſed vocabitur iohannes.
Et dixerunt ad illam: quia nemo eſt in cognatione tua:
qui vocetur hoc nomine. Innuebant autem patri eius:
quem vellet vocari eum. Et poſtulans pugillarem,
ſcripſit dicens. Johannes eſt nomen eius. Et mirati
ſunt vniuerſi. Apertum eſt autem ilico os eius, ⁊ lin
gua eius: ⁊ loquebatur benedicens deum. Et factus
eſt timor ſuper omnes vicinos eorum: ⁊ ſuper omnia
mõtana iudęę diuulgabantur omnia verba hęc. Et po
ſuerunt omnes qui audierant in corde ſuo, dicentes.
Quis putas puer iſte erit? Etenim manus domini erat
cum illo. Et zacharias pater eius impletus eſt ſpiritu
ſancto: ⁊ prophetauit dicens. Benedictus dominus de
us iſrael: quia viſitauit, ⁊ fecit redemptioné plebis ſuę.

Die 26 **Junii** In die ss. Johannis, & Pauli martyrum.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam. c. 12

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Attendite a fermento phariſeorum: quod eſt hypocriſis. &c. Quere in communi plurimorum martyrum.

Die 28 In vigilia Apoſtolorum Petri, & Pauli.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Johannem. c. 21

In illo tempore. Dixit Jeſus ſimoni petro. Simon iohannis diligis me plus his? Dicit ei. Etiam domine: tu ſcis quia amo te. Dicit ei. Paſce agnos meos. Dicit ei iterum. Simon iohannis diligis me? Ait illi. Etiam domine: tu ſcis quia amo te. Dicit ei. Paſce agnos meos. Dicit ei tertio. Simon iohannis amas me? Contriſtatus eſt petrus, quia dixit ei tertio amas me: & dicit ei. Domine tu omnia noſti: tu ſcis quia amo te. Dicit ei. Paſce oues meas: Amen amē dico tibi: cū eſſes iunior, cingebas te: & ambulabas vbi volebas. Cum autem ſenueris: extendes manus tuas: & alius te cinget: & ducet quo tu non vis. Hoc autem dixit: ſignificans qua morte clarificaturus eſſet deum.

Die 29 In die Apoſtolorum Petri, & Pauli.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum. c. 16

In illo tempore. Venit Jeſus in partes ceſaree philippi: & interrogabat diſcipulos ſuos, dicens. Quem dicunt homines eſſe filium hominis? At illi dixerunt. Alij iohannem baptiſtam: alij autem eliam: alij vero hieremiam: aut vnum ex prophetis. Dicit illis Jeſus. Vos autem, quem me eſſe dicitis? Reſpondens autem ſimon petrus, dixit. Tu es chriſtus filius dei viui. Reſpondens autē Jeſus dixit ei. Beatus es ſimō

bar iona: quia caro, ⁊ ſanguis non reuelauit tibi: ſed pater meus qui in cęlis eſt. Et ego dico tibi: quia tu es petrus: ⁊ ſuper hanc petram ędificabo eccleſiā meam. Et portę inferi non preualebunt aduerſus eam. Et tibi dabo claues regni cęlorum. Et quodcunque ligaueris ſuper terram: erit ligatum ⁊ in cęlis. Et quodcunq; ſolueris ſuper terram: erit ſolutum ⁊ in cęlis.

In Commemoratione ſancti Pauli. Die 30

c.19 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum.

IN illo tempore. Dixit ſimon petrus ad Jeſum. Ecce nos reliquimus omnia: ⁊ ſecuti ſumus te. Quid ergo erit nobis? Jeſus autem dixit illis. Amē dico vobis: quod vos qui ſecuti eſtis me: in regeneratione, cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſue: ſedebitis ⁊ vos ſuper ſedes duodecim: iudicantes duodecim tribus iſrael. Et omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrē, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum: centuplum accipiet: ⁊ vitam ęternam poſſidebit.

Iulii In feſto Viſitationis Beatæ Mariæ. Die 2

c.1 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam.

IN illo tempore. Exurgens maria abijt in montana cum feſtinatione in ciuitatem iuda: ⁊ intrauit in domū zacharię: ⁊ ſalutauit eliſabeth. Et factum eſt, vt audiuit ſalutationē marię eliſabeth: exultauit infans in vtero eius. Et repleta eſt ſpiritu ſancto eliſabeth: ⁊ exclamauit voce magna, ⁊ dixit. Benedicta tu inter mulieres: ⁊ benedictus fructus ventris tui. Et vnde hoc mihi: vt veniat mater domini mei ad me? Ecce enim, vt facta eſt vox ſalutationis tuę in auribus meis: exulta

n Gaudio infans in utero meo

uit. Et beata quę crediḋiſti: quoniā perficientur ea, quę dicta ſunt tibi a domino. Et ait maria. Magnificat anima mea dominū. Et exultauit ſpiritus meus in deo ſalutari meo.

Die 6 In octaua Apoſtolorum Petri, & Pauli.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Matthęum. c. 14

IN illo tempore. Juſſit Jeſus diſcipulos ſuos aſcendere in nauiculā: ⁊ pręcedere eum trans fretum: donec dimitteret turbas. Et dimiſſa turba: aſcendit in montem ſolus orare. Veſpere autē facto: ſolus erat ibi. Nauicula autem in medio mari iactabatur fluctibus. Erat enim ventus contrarius. Quarta autem vigilia noctis: venit ad eos ambulans ſupra mare. Et videntes eum ſupra mare ambulantem turbati ſunt, dicentes: quia phantaſma eſt. Et pręe timore clamauerūt. Statimque Jeſus locutus eſt eis, dicens. Fiduciam habete. Ego ſum: nolite timere. Reſpondens autem petrus, dixit. Domine, ſi tu es: iube me venire ad te ſuper aquas. At ipſe ait. Veni. Et deſcendens petrus de nauicula, ambulabat ſuper aquam: vt veniret ad Jeſum. Videns vero ventum validum, timuit: ⁊ cum cepiſſet mergi: clamauit dicens. Domine ſaluū me fac. Et cōtinuo Jeſus extendens manum apprehendit eum: ⁊ ait illi. Modicę fidei: quare dubitaſti? Et cum aſcēdiſſet in nauiculam: ceſſauit ventus. Qui autem in nauicula erant: venerunt, ⁊ adorauerunt eum dicentes. Vere filius dei es.

Die 10 In die ss. ſeptem fratrum martyrum.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Matthęum. c. 12

IN illo tempore. Loquente Jeſu ad turbas: ecce mater eius, ⁊ fratres ſtabāt foris quęrentes loqui ei.

ei. Dixit autem ei quidam. Ecce mater tua, ꝛ fratres tui foris ſtant: querentes te. At ipſe reſpondens dicẽti ſibi, ait. Que eſt mater mea: ꝛ qui ſunt fratres mei? Et extendens manum in diſcipulos ſuos: dixit. Ecce mater mea: ꝛ fratres mei. Quicunque enim fecerit voluntatem patris mei qui in celis eſt: ipſe meus frater, ꝛ ſoror, ꝛ mater eſt.

In feſto s. Procopij Abbatis. Die 11

c. 11 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam.

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Nemo accendit lucernam, ꝛ in abſcondito ponit. ꝛc. Quere in communi Confeſſorum.

In die S. Alexii Confeſſoris. Die 17

c. 19 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum.

In illo tempore. Dixit ſimon petrus ad Jeſum. Ecce nos reliquimus omnia: ꝛ ſecuti ſumus te. Quid ergo erit nobis? Jeſus autem dixit illis. Amen dico vobis: quod vos qui ſecuti eſtis me: in regeneratione, cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſue: ſedebitis ꝛ vos ſuper ſedes duodecim: iudicantes duodecim tribus iſrael. Et omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrẽ, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum: centuplum accipiet: ꝛ vitam eternam poſſidebit. ſecũd. R.C. de cõmuni Conf. non Pont.

In die s. Margarite virginis ꝛ mart. Die 20

c. 13 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum.

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Simile eſt regnum celorum theſauro ꝛc. Quere in communi Virginum. ſecũd. R.C. de cõmuni Virginum.

D Sequentia

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum. c.25

ſecūd.R.C. de cōmuni Virginum. In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Simile eſt regnum celorum theſauro, &c. Quere in communi Virginum.

Die 22 In die S. Mariæ Magdalenæ.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam. c.7

In illo tempore. Rogabat Jeſum quidam phariſeus: vt manducaret cum illo. Et ingreſſus domum phariſei, diſcubuit. Et ecce mulier, que erat in ciuitate peccatrix: vt cognouit quod Jeſus accubuiſſet in domo phariſei: attulit alabaſtrum vnguenti: & ſtans retro ſecus pedes eius: lachrimis cepit rigare pedes eius: & capillis capitis ſui tergebat. Et oſculabatur pedes eius: & vnguento vngebat. Videns autem phariſeus qui vocauerat eum: ait intra ſe dicens. Hic ſi eſſet propheta: ſciret vtique: que, & qualis eſt mulier que tangit eum: quia peccatrix eſt. Et reſpondens Jeſus dixit ad illum. Simon, habeo tibi aliquid dicere. At ille ait. Magiſter, dic. Duo debitores erant cuidam fenerato ri: vnus debebat denarios quingentos: & alius quinquaginta. Non habentibus illis vnde redderent: donauit vtriſque. Quis ergo eum plus diligit? Reſpondens ſimon, dixit. Exiſtimo, quia is cui plus donauit. At ille dixit ei. Recte iudicaſti. Et conuerſus ad mulierem, dixit ſimoni. Vides hanc mulierem? Jntraui in domum tuam: aquam pedibus meis non dediſti: hec autem lachrymis rigauit pedes meos: & capillis ſuis terſit. Oſculum mihi non dediſti: hec autem ex quo intrauit, non ceſſauit oſculari pedes meos. Oleo caput meum non vnxiſti: hec autem vnguento vnxit pedes meos. Propter quod dico tibi: remittuntur ei peccata multa:

multa: quoniam dilexit multum. Cui autem minus di mittitur: minus diligit. Dixit autem ad illam. Remit tuntur tibi peccata tua. Et ceperunt qui ſimul accum bebant, dicere intra ſe. Quis eſt hic: qui etiam peccata dimittit? Dixit autem ad mulierem. Fides tua te ſaluam fecit: vade in pace.

In die ſancti Iacobi Apoſtoli. Die 25

c. 20 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Matthęum.

In illo tempore. Acceſſit ad Jeſum mater filiorũ zebedęi, cum filijs ſuis: adorans, & petens aliquid ab eo. Qui dixit ei. Quid vis? Ait illi. Dic vt ſedeant hi duo filij mei: vnus ad dexteram tuam: & vnus ad ſiniſtram, in regno tuo. Reſpondens autem Jeſus, dixit. Neſcitis quid petatis. Poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum? Dicunt ei. Poſſumus. Ait illis. Calicem quidem meum bibetis: ſedere autẽ ad dexteram meam, & ad ſiniſtram, non eſt meum dare vobis: ſed quibus paratum eſt a patre meo.

In feſto s. Annę matris b. Marię. Die 26

c. 1 Initium ſancti Euangelij ſecundum Matthęum.

Liber generationis Jeſu chriſti filii dauid, &c. Quę re infra in Natiuitate b. Marię die 8 ſeptembris.

In die ſanctæ Marthæ virginis. Die 27

c. 10 Sequẽtia ſancti Euangelij ſecundum Lucam.

In illo tempore. Intrauit Jeſus in quoddam caſtellum: & mulier quędam martha nomine excepit illum in domum ſuam. Et huic erat ſoror, nomine maria: quę etiam ſedens ſecus pedes domini, audiebat ver

bum illius. Martha autē ſatagebat circa frequens miniſterium. Quę ſtetit: & ait. Domine, non eſt tibi curę: quod ſoror mea relinquit me ſolam miniſtrare? Dic ergo illi: vt me adiuuet. Et reſpondens dixit illi dominus. Martha, martha ſolicita es: & turbaris erga plurima. Porro, vnum eſt neceſſarium. Maria optimam partem elegit: quę non auferetur ab ea.

Die 30 In die ss. Abdon, & Sennen mart.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Matthęum. c. 5

ſecūd. R. c. de cōmuni plurimorū mart. In illo tempore. Videns Jeſus turbas, aſcendit in montem. Et cum ſediſſet: acceſſerunt ad eum. &c. Quęre in communi plurimorum martyrum.

Die 31 In die s. Germani epiſ. & conf.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Matthęum. c. 24

ſecūd. R.C. de cōmuni conf. pont. In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Vigilate: quia neſcitis qua hora dominus veſter venturus ſit. &c. Quęre in communi Confeſſorum.

Die 1 Auguſti Ad vincula ſancti Petri.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Matthęum. c. 16

In illo tempore. Venit Jeſus in partes ceſareę philippi: & interrogabat diſcipulos ſuos, dicens. Quem dicunt homines eſſe filium hominis? At illi dixerunt. Alij iohannem baptiſtam: alij autem eliam: alij vero hieremiam: aut vnum ex prophetis. Dicit illis Jeſus. Vos autem, quem me eſſe dicitis? Reſpondens autem ſimon petrus, dixit. Tu es chriſtus: filius dei viui. Reſpondens autē Jeſus dixit ei. Beatus es ſimō bar iona: quia caro, & ſanguis non reuelauit tibi: ſed pa

ter

ter meus qui in cęlis eſt. Et ego dico tibi: quia tu es petrus: ⁊ ſuper hanc petram ędificabo eccleſiã meam. Et portę inferi non pręualebunt aduerſus eam. Et tibi dabo claues regni cęlorum. Et quodcunque ligaueris ſuper terram: erit ligatum ⁊ in cęlis. Et quodcunqꝫ ſolueris ſuper terram: erit ſolutum ⁊ in cęlis.

In die ſancti Stephani Papę, ⁊ martyris. Die 2

c. 19 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam.

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Homo quidam peregre proficiſcens. ⁊c. Quęre in communi Confeſſorum. ſecũd. R. C. de cõmuni vnius mart. Pont.

In feſto beati Dominici Confeſſoris. Die 5

c. 5 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Matthęum.

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Vos eſtis ſal terrę. Quod ſi ſal euanuerit: in quo ſalietur? Ad nihilum valet vltra: niſi vt mittatur foras: ⁊ conculcetur ab hominibus. Vos eſtis lux mundi. Nõ poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita: neque accendunt lucernam: ⁊ ponunt eam ſub modio, ſed ſuper candelabrũ: vt luceat omnibus qui in domo ſunt. Sic luceat lux veſtra coram hominibus: vt videant opera veſtra bona: ⁊ glorificent patrem veſtrum, qui in cęlis eſt. Nolite putare, quoniã veni ſoluere legem, aut prophetas. Non veni ſoluere: ſed adimplere. Amen quippe dico vobis: donec tranſeat cęlum, ⁊ terra: iota vnum, aut vnus apex non pręteribit a lege: donec omnia fiant. Qui ergo ſoluerit vnum de mandatis iſtis minimis: ⁊ docuerit ſic homines: minimus vocabitur in regno cęlorum. Qui autem fecerit, ⁊ docuerit: hic magnus vocabitur in regno cęlorum.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum. c. 17

IN illo tempore. Aſſumpſit Jeſus petrum, ⁊ iacobum, ⁊ iohannem fratrem eius: ⁊ duxit illos in montem excelſum ſeorſum: ⁊ transfiguratus eſt ante eos. Et reſplenduit facies eius ſicut ſol: veſtimenta autem eius facta ſunt alba ſicut nix. Et ecce apparuerunt eis moyſes, ⁊ elyas: cum eo loquentes. Reſpondens autem petrus, dixit ad Jeſum. Domine, bonum eſt nos hic eſſe. Si vis, faciamus hic tria tabernacula: Tibi vnum, moyſi vnum, ⁊ elię vnum. Adhuc eo loquente: ecce nubes lucida obumbrauit eos. Et ecce vox de nube dicens. Hic eſt filius meus dilectus: in quo mihi bene complacui. Ipſum audite. Et audientes diſcipuli, ceciderunt in facies ſuas: ⁊ timuerunt valde. Et acceſſit Jeſus: ⁊ tetigit eos: dixitque eis. Surgite: ⁊ nolite timere. Leuantes autem oculos ſuos neminem viderunt: niſi ſolum Jeſum. Et deſcendentibus illis de mōte: pręcepit Jeſus dicens. Nemini dixeritis viſionem: donec filius hominis a mortuis reſurgat.

Die 9 In vigilia ſancti Laurentij martyris.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum. c. 16

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Si quis vult poſt me venire: abneget ſemetipſum: ⁊ tollat crucē ſuam. ⁊c. Quęre in communi vnius martyris.

Die 10 In die ſancti Laurentij martyris.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Johannem. c. 12

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Amen amen dico vobis. Niſi granum frumenti. ⁊c. Quęre in communi vnius martyris.

Sequentia

Digitized by Google

c. 12 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam.

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Attendite a fermento phariſeorum, quod eſt hypocriſis. &c. Quere in communi plurimorum martyrum. ſecũd. R. C. de cõmuni plurimorũ mart.

In vigilia Aſſumptionis beatæ Mariæ. Die 14

c. 11 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam:

In illo tempore. Loquente Jeſu ad turbas: extollens vocem quedam mulier de turba, dixit illi. Beatus venter qui te portauit: & vbera que ſuxiſti. At ille dixit. Quinimo: beati qui audiunt verbum dei: & cuſtodiunt illud.

In Aſſumptione beatæ Mariæ. Die 15

c. 10 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam.

In illo tempore. Intrauit Jeſus in quoddam caſtellum: & mulier quedam martha nomine excepit illum in domum ſuam. Et huic erat ſoror, nomine maria: que etiam ſedens ſecus pedes domini, audiebat verbum illius. Martha autẽ ſatagebat circa frequens miniſterium. Que ſtetit: & ait. Domine, non eſt tibi cure: quod ſoror mea reliquit me ſolam miniſtrare? Dic ergo illi: vt me adiuuet. Et reſpondens dixit illi dominus. Martha, martha ſolicita es: & turbaris erga plurima. Porro vnum eſt neceſſarium. Maria optimam partem elegit: que non auferetur ab ea.

In die ſancti Bernardi abbatis. Die 20

c. 11 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam.

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Nemo accendit lucernam, & in abſcondito ponit: neque ſub modio, &c. Quere in communi Confeſſorum. ſecũd. R. C. de cõmuni Confeſſoris non pont.

Sequentia

Die 24 Auguſti In die ſancti Bartholomei apoſtoli.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Johannem. c. 15

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Hoc eſt preceptum meum: vt diligatis inuicem ſicut dilexi vos. Maiorem hac dilectionē nemo habet: vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Vos amici mei eſtis: ſi feceritis que ego precipio vobis. Jam non dicam vos ſeruos: quia ſeruus neſcit quid faciat dominus eius. Vos autem dixi amicos: quia omnia quecū que audiui a patre meo, nota feci vobis. Non vos me elegiſtis: ſed ego elegi vos: et poſui vos, vt eatis, et fructum afferatis: et fructus veſter maneat. Vt quodcunque petieritis patrem in nomine meo: det vobis.

Die 25 In feſto beati Ludouici regis, et conf.

ſecūd. R. c. Reſpōdens Ieſus dixit Cōfitebor. &c. in com muni pluri morū mart.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucām. c. 19

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Homo quidam nobilis abijt in regionem longinquam: etc. Quere in communi confeſſorum.

Die 27 In die ſancti Ruſi martyris.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum. c. 10

ſecūd. R. C. de cōmuni vnius mart. non pont.

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Nolite arbitrari quia venerim pacem mittere in terram. etc. Quere in communi vnius martyris.

Die 28 In die ſancti Auguſtini Epiſcopi, et Conf.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum. c. 5

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Vos eſtis ſal terre. Quod ſi ſal euanuerit in quo ſalietur. etc. Quere in communi Confeſſorum.

Sequentia

c. 6 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Marcum.

IN illo tempore. Miſit herodes ac tenuit Johānem: ⁊ vinxit eum in carcerem: propter herodiadem vxorem philippi fratris ſui: quia duxerat eam. Dicebat enim Johannes herodi. Non licet tibi habere vxorem fratris tui. Herodias autem inſidiabatur illi: ⁊ volebat occidere eum: nec poterat. Herodes enim metuebat iohannem, ſciens eum virum iuſtum, ⁊ ſanctum: ⁊ cuſtodiebat eum. Et audito eo, multa faciebat: ⁊ libenter eum audiebat. Et cum dies opportunus accidiſſet: herodes natalis ſui cęnam fecit principibus, ⁊ tribunis, ⁊ primis galileę. Cumque introiſſet filia ipſius herodiadis, ⁊ ſaltaſſet: ⁊ placuiſſet herodi, ſimulque diſcūbentibus: rex ait puellę. Pete a me quod vis: ⁊ dabo tibi. Et iurauit illi: quia quicquid petieris dabo tibi, licet dimidium regni mei. Quę cum exiſſet: dixit matri ſuę. Quid petam? At illa dixit. Caput iohannis baptiſtę. Cumque introiſſet ſtatim cum feſtinatione ad regem: petiuit dicens. Volo, vt protinus des mihi in diſco caput iohannis baptiſtę. Et contriſtatus eſt rex. Propter iuſiurandum, ⁊ propter ſimul diſcumbentes noluit eam contriſtari: ſed miſſo ſpiculatore, pręcepit afferri caput eius in diſco. Et decollauit eum in carcere: ⁊ attulit caput eius in diſco: ⁊ dedit illud puellę. Et puella dedit matri ſuę. Quo audito, diſcipuli eius venerunt: ⁊ tulerunt corpus eius: ⁊ poſuerunt illud in monumento.

Septemb. In Natiuite beatæ Mariæ Virginis. Die 8

c. 1 Initium ſancti Euangelij ſecundum Matthęum.

LIber generationis Jeſu chriſti filij dauid, filij abraham. Abraham genuit iſaac. Iſaac autem genuit

X iacob

iacob. Iacob autem genuit iudam, ⁊ fratres eius. Iudas autem genuit phares, ⁊ zaram de thamar. Phares autem genuit eſron. Eſron autem genuit aram. Aram autem genuit aminadab. Aminadab autē genuit naaſon. Naaſon autem genuit ſalmon. Salmon autem genuit booz de raab. Booz autē genuit obeth ex ruth. Obeth autem genuit ieſſe. Ieſſe autem genuit dauid regem. Dauid autem rex genuit ſalomonem: ex ea quę fuit vrię. Salomon autem genuit roboan. Roboan autem genuit abiam. Abias autem genuit aſa. Aſa autem genuit ioſaphat. Ioſaphat autem genuit ioram. Ioram autem genuit oziam. Ozians autem genuit ioathan. Ioathan autem genuit achaz. Achaz autem genuit ezechiam. Ezechias autem genuit manaſſen. Manaſſes autem genuit amon. Amon autem genuit ioſiam. Ioſias autem genuit iechoniam, ⁊ fratres eius: in transmigratione babylonis. Et poſt tranſmigrationem babylonis: iechonias genuit ſalathiel. Salathiel autem genuit zorobabel. Zorobabel autem genuit abiud. Abiud autem genuit eliachim. Eliachim autem genuit azor. Azor autem genuit ſadoch. Sadoch autem genuit achim. Achim autem genuit eliud. Eliud autem genuit eleazar. Eleazar autem genuit mathan. Mathan autem genuit iacob. Iacob autem genuit ioſeph, virum marię. De qua natus eſt Ieſus, qui vocatur chriſtus.

Die 14

In Exaltatione ſanctæ Crucis.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Iohannem. c. 12

IN illo tempore. Dixit Ieſus turbis iudęorum. Nunc iudicium eſt mundi: nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Et ego ſi exaltatus fuero a terra: omnia traham ad me ipſum. Hoc autem dicebat: ſignificans

ſignificans qua morte eſſet moriturus. Reſpondit ei turba. Nos audiuimus ex lege: quia chriſtus manet in ęternum. Et quomodo tu dicis: oportet exaltari filium hominis? Quis eſt iſte filius hominis? Dixit ergo eis Ieſus. Adhuc modicum lumen in vobis eſt. Ambulate dum lucem habetis: vt non tenebrę vos comprehendant. Et qui ambulat in tenebris: neſcit quo vadat. Dum lucem habetis credite in lucem: vt filij lucis ſitis.

In die s. Euphemię virginis, & mart. Die 16

c. 25 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Matthęum.

In illo tempore. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Simile eſt regnum cęlorum decem virginibus. &c. Quęre in communi Virginum. ſecūd. R. C. de cōmuni virginis, & mart.

In die s. Lamberti epiſ. & mart. Die 17

c. 22 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam.

In illo tempore. Facta eſt contentio inter diſcipulos: quis eorum videretur eſſe maior. &c. Quęre in communi vnius martyris. ſecūd. R. c. de cōmuni vnius mart. Pont.

In die ss. Cornelij, & Cypriani martyrum. Die 18

c. 10 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Iohannem.

In illo tempore. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Ego ſum paſtor bonus: bonus paſtor animam ſuam. &c. Quęre ſupra in ordinatione s. Ambroſii 7. Decembris. ſecūd. R. C. de cōmuni plurimorū mart.

In vigilia ſancti Matthæi Apoſtoli. Die 20

c. 5 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam.

In illo tempore. Vidit Ieſus publicanum nomine leui ſedentem ad theloneum: & ait illi. Sequere me.

re me. Et relictis omnibus: ſurgens, ſecutus eſt eum. Et fecit ei conuiuium magnum leui in domo ſua. Et erat turba multa publicanorum: & aliorum, qui cum illis erant diſcumbentes. Et murmurabant phariſęi, & ſcribę eorum: dicentes ad diſcipulos eius. Quare cum publicanis, & peccatoribus manducatis, & bibitis? Et reſpondens Jeſus, dixit ad illos. Non egent, qui ſani ſunt medico: ſed qui male habent. Non enim veni vocare iuſtos: ſed peccatores ad pęnitentiam.

Die 21 In die ſancti Matthæi Apoſtoli.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Matthęum. c. 9



In illo tempore. Cum tranſiret Jeſus, vidit hominem ſedentem in theloneo, matthęum nomine: & ait illi. Sequere me. Et ſurgens: ſecutus eſt eum. Et factum eſt: diſcumbente eo in domo: ecce multi publicani, & peccatores venientes, diſcumbebant cum Jeſu, & diſcipulis eius. Et videntes phariſęi: dicebant diſcipulis eius. Quare cum publicanis, & peccatoribus manducat magiſter veſter? At Jeſus audiens, ait. Non eſt opus valentibus medicus: ſed male habentibus. Euntes autem diſcite: quid eſt miſericordiam volo, & non ſacrificiũ. Non enim veni vocare iuſtos: ſed peccatores.

Die 22 In die ss. Mauritij, & ſociorum, martyrum.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam. c. 6

ſecũd. R. C. de cõmuni plurimorũ mart. In illo tempore. Deſcendens Jeſus de monte, ſtetit in loco campeſtri: & turba diſcipulorum eius & multitudo copioſa plebis ab omni iudęa, & hieruſalem. &c. Quęre in communi plurimorum martyrum.

Sequentia

Digitized by Google

c.5 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum.

In illo tempore. Videns Jeſus turbas, aſcendit in montem. Et cum ſediſſet: acceſſerunt ad eum. ⁊c. Quęre in communi plurimorum martyrum. ſecũd. R.C. de cõmuni plurimorũ. martyrum.

In die ſancti Venceſlai martyris. Die 28

c.16 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum.

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Si quis vult poſt me venire: abneget ſemetipſum: ⁊ tollat crucẽ ſuam. ⁊c. Quęre in communi vnius martyris. ſecũd. R.C. de cõmuni vnius mart. non pont.

In die ſancti Michaelis Archangeli. Die 29

c.18 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum.

In illo tempore. Acceſſerunt diſcipuli ad Jeſum dicentes. Quis putas, maior eſt in regno cęlorum? Et aduocans Jeſus paruulũ: ſtatuit in medio eorum: ⁊ dixit. Amen dico vobis: niſi conuerſi fueritis, ⁊ efficiamini ſicut paruuli: non intrabitis in regnum cęlorũ. Quicunq; ergo humiliauerit ſe, ſicut paruulus iſte: hic maior eſt in regno cęlorum. Et qui ſuſceperit vnũ paruulum talem in nomine meo: me ſuſcipit. Qui autẽ ſcãdalizauerit vnum de puſillis iſtis qui in me credunt: expedit ei, vt ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius: ⁊ demergatur in profundum maris. Vę mundo a ſcandalis. Neceſſe eſt enim vt veniant ſcandala. Veruntamẽ, vę homini illi: per quem ſcandalũ venit. Si autem manus tua, vel pes tuus ſcãdalizat te: abſcide eum, ⁊ proijce abs te. Bonum eſt tibi ad vitam ingredi debilẽ, vel claudum: quam duas manus, vel duos pedes habentem, mitti in ignem ęternum. Et ſi oculus tuus ſcandalizat te: erue eum, ⁊ proijce abs te. Bonũ eſt tibi vnũ oculum

Digitized by Google

oculum habentem ad vitam intrare: quã duos oculos habentem, mitti in gehennã ignis. Videte, ne contẽnatis vnum ex his puſillis. Dico enim vobis: quia angeli eorum in cęlis, ſemper vident faciem patris mei, qui in cęlis eſt.

Die 30 In die s. Hieronymi presbyteri, & confeſſoris.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Matthęum. c. 5

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Vos eſtis ſal terrę. Quod ſi ſal euanuerit in quo ſalietur? &c. Quęre in communi Confeſſorum.

Die 4 Octobris. In die ſancti Franciſci Confeſſoris.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam. c. 11

ſecũd. R. C. Cõfiteor. in cõmuni plurimorũ martyrum. In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Nemo accendit lucernam, & in abſcondito ponit. &c. Quęre in communi Confeſſorum.

Die 7 In die ſancti Marci Papę, & Confeſſoris.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam. c. 19

ſecũd. R. C. de cõmuni Conf. Pont. In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Homo quidam nobilis abijt in regionem longinquam: &c. Quęre in communi confeſſorum.

Die 8 In die ſancti Remigij epiſ. & conf.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Matthęum. c. 25

ſecũd. R. C. de cõmuni Conf. Pont. In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Homo quidam peregre proficiſcens. &c. Quęre in communi Confeſſorum.

Sequentia

Digitized by Google

c.6 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam.

In illo tempore. Deſcendens Ieſus de monte, ſtetit in loco campeſtri, ⁊ turba diſcipulorum eius. ⁊c. Quęre in communi plurimorum martyrum. ſecũd. R. C. de cõmuni plurimorũ mart.

In die s. Leodegarij epiſ. ⁊ mart. Die 11

c.22 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam.

In illo tempore. Facta eſt contentio inter diſcipulos, quis eorũ videretur eſſe maior. Dixit autẽ eis Ieſus. ⁊c. Quęre in communi vnius martyris. ſecũd. R. c. de cõmuni vnius mart. Pont.

In die ſancti Eduardi Confeſſoris. Die 13

c.19 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam.

In illo tempore. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Homo quidam nobilis abijt in regionem longinquam: ⁊c. Quęre in communi Confeſſorum. ſecũd. R. C. de cõmuni Confeſſoris non pont.

In die ſancti Calixti papę, ⁊ martyris. Die 14

c.25 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Matthęum.

In illo tempore. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Homo quidam peregre proficiſcens, ⁊c. Quęre in communi Confeſſorum. ſecũd. R. C. de cõmuni vnius mart. pont.

In die ſancti Lucæ Euangeliſtæ. Die 18

c.10 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam:



In illo tempore. Deſignauit dominus ⁊ alios ſeptuaginta duos diſcipulos: ⁊ miſit illos binos ante faciẽ ſuam, in omnem ciuitatem, ⁊ locum, quo erat ipſe venturus. Et dicebat illis. Meſſis quidem multa: operarij autem pauci. Rogate ergo dominum meſſis: vt mittat

mittat operarios in meſſem ſuam. Ite, ecce ego mitto vos: ſicut agnos inter lupos. Nolite ergo portare ſacculum, neque peram, neque calciamenta: & nemine per viam ſalutaueritis. In quamcunque domum intraueritis: primum dicite. Pax huic domui. Et ſi ibi fuerit filius pacis: requieſcet ſuper illum pax veſtra. Sin autem: ad vos reuertetur. In eadem autem domo manete: edentes, & bibentes, que apud illos ſunt. Dignus eſt enim operarius mercede ſua.

Die 21 In feſto vndecim millium virginum.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum. c. 25

ſecũd. R.C. de cõmuni Virginum. In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Simile eſt regnum celorum theſauro, &c. Quere in communi Virginum.

Die 25 In die ss. Criſpini, & Criſpiniani martyrum.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum. c. 5

ſecũd. R.C. de cõmuni plurimorũ martyrum. In illo tempore. Videns Jeſus turbas, aſcendit in montem. Et cum ſediſſet: acceſſerunt ad eum &c. Quere in communi plurimorum martyrum.

Die 27 In vigilia Apoſtolorum Simonis, & Jude.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Johannem. c. 15

ſecũd. R.C. de cõmuni apoſtolorũ In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Ego ſum vitis vera: & pater meus agricola eſt, &c. Quere ſupra in die ſancti Marci 25 Aprilis.

Die 28 In die Apoſtolorum Simonis, & Iudæ.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Johannem. c. 15

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Hec mando vobis: vt diligatis inuicem. Si mundus vos

vos odit: ſcitote, quia me priorem vobis odio habuit. Si de mundo fuiſſetis: mundus vtique quod ſuū erat diligeret. Quia vero de mundo non eſtis: ſed ego elegi vos de mundo: propterea odit vos mundus. Mementote ſermonis mei: quem ego dixi vobis. Non eſt ſeruus maior domino ſuo. Si me perſecuti ſunt: & vos perſequentur. Si ſermonem meum ſeruauerunt: & veſtrum ſeruabunt. Sed hęc omnia faciēt vobis propter nomen meum: quia neſciunt eum qui me miſit. Si non veniſſem: & locutus eis non fuiſſem: peccatum non haberent. Nunc autem excuſationem non habent de peccato ſuo. Qui me odit: & patrem meū odit. Si opera non feciſſem in eis, quę nemo alius fecit: peccatum non haberent. Nunc autem & viderunt, & oderunt, & me, & patrem meum. Sed vt impleatur ſermo, qui in lege eorū ſcriptus eſt: quia odio habuerunt me gratis.

In vigilia omnium Sanctorum. Die 31

c. 6 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam.

In illo tempore. Deſcendens Ieſus de monte, &c. Quęre in communi plurimorum martyrum.

Nouembris In feſto omnium Sanctorum. Die 1

c. 5 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Matthęum.

In illo tempore. Videns Ieſus turbas: aſcendit in montem. &c. Quęre in cōmuni plurimorū martyrum.

In commemoratione Defunctorum Die 2

c. 5 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Iohannem.

In illo tempore. Dixit Ieſus turbis iudęorum. Amen amen dico vobis: quia venit hora, & nūc eſt: quando mortui audient vocem filij dei: & qui audie- ſecūd. R. C. de cōmuni pro defunctis.

rint, viuent. Sicut enim pater habet vitam in ſemetipſo: ſic dedit ꝛ filio vitam habere in ſemetipſo. Et poteſtatem dedit ei iudiciũ facere: quia filius hominis eſt. Nolite mirari hoc: quia venit hora: in qua omnes qui in monumentis ſunt audient vocem eius. Et procedent qui bona fecerunt: in reſurrectionem vitę. Qui vero mala egerunt: in reſurrectionem iudicij.

Die 9 In die ſancti Theodori martyris.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum. c. 10

ſecũd. R. C. de cõmuni vnius mart. non pont.

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Nihil opertum quod non reueletur: ꝛ occultũ quod non ſciatur. Quod dico vobis in tenebris: dicite in lumine. Et quod in aure auditis: prędicate ſuper tecta. Et nolite timere eos qui occidunt corpus: animam autem non poſſunt occidere. Sed potius eum timete: qui poteſt ꝛ animam, ꝛ corpus perdere in gehennã. Nõne duo paſſeres aſſe veneunt: ꝛ vnus ex illis non cadet ſuper terram, ſine patre veſtro? Veſtri autem ꝛ capilli capitis, omnes numerati ſunt. Nolite ergo timere: multis paſſeribus meliores eſtis vos. Omnis ergo qui cõfitebitur me coram hominibus: confitebor ꝛ ego eum coram patre meo: qui eſt in cęlis.

Die 10 In feſto ſanctorum quatuor Coronatorum.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam. c. 21

ſecũd. R.C. de cõmuni plurimorũ mart.

In illo tempore dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Cum audieritis prelia ꝛc. Quęre in cõmuni plurimorum mart.

Die 11 In die ſancti Martini epiſ. ꝛ conf.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam. c. 12

ſecũd. R.C. de cõmuni Conf. Pont.

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Sint lumbi veſtri pręcincti: ꝛc. Quęre in cõmuni Confeſſorũ.

Sequentia

Digitized by Google

c. 21 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam.

In illo tempore. Reſpiciens Ieſus vidit eos, qui mittebāt munera in gazophylatiū diuites. Vidit autē & viduā paupereculā, mittentē ęra minuta duo: & dixit. Vere dico vobis: quod vidua hęc pauper, pluſquā omnes miſit. Nam omnes hi ex abundanti ſibi miſerūt in munera dei. Hęc autem ex eo quod deeſt illi, omnem victum ſuum quem habuit, miſit. ſecūd. R.C. de cōmuni Virginum.

In feſto Præſentationis beatæ Mariæ. Die 21

c. 1 Initium ſancti Euangelij ſecundum Mattheum.

Liber generationis Ieſu chriſti filij dauid, &c. Quęre ſupra in Natiuitate beatę Marię die 8 ſeptembris.

In die ſanctę Cęcilię virginis, & mart. Die 22

c. 25 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum.

In illo tempore. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Simile eſt regnum cęlorum theſauro &c. Quęre in communi Virginum. ſecūd. R.C. de cōmuni Virginum.

In die ſancti Clementis papę, & martyris. Die 23

c. 24 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum.

In illo tempore. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Vigilate, quia neſcitis qua hora dominus veſter véturus ſit. &c. Quęre in communi Confeſſorum. ſecūd. R.C. de cōmuni vnius mart. Pont.

In die ſancti Chriſogoni martyris. Die 24

c. 10 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum.

In illo tempore. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Nolite arbitrari, quia venerim pacem mittere in terram. &c. Quęre in communi vnius martyris. ſecūd. R.C. de cōmuni vnius mart. non pont.

Die 25 Nouemb. In die s. Catharinę virg. ⁊ martyris:

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Matthęum. c. 13

ſecũd. R. C. de cõmuni Virginum. In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Simile eſt regnum cęlorum decem virginibus. ⁊c. Quęre in communi Virginum.

Die 27 In die ss. Vitalis, ⁊ Agricolę martyrum.

Sequentia ſancti Euangeli ſecundum Matthęum. c. 5

ſecũd. R. C. de cõmuni plurimorũ mart. In illo tempore. Videns Jeſus turbas, aſcendit in montem. Et cum ſediſſet: acceſſerunt ad eum. ⁊c. Quęre in communi plurimorum martyrum.

Explicit proprium Sanctorum.

Commune

Commune de Sanctis
ſecundum ordinem Prædicatorum.

Commune vnius Martyris.

c. 16 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum.

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Si quis vult poſt me venire: abneget ſemetipſum: & tollat crucem ſuam: & ſequatur me. Qui enim voluerit animam ſuam ſaluam facere: perdet eam. Qui autem perdiderit animã ſuam propter me: inueniet eam. Quid enim prodeſt homini: ſi mundum vniuerſum lucretur: animę vero ſuę detrimentum patiatur? Aut quam dabit homo commutationem pro anima ſua? Filius enim hominis venturus eſt in gloria patris ſui, cum angelis ſuis: & tunc reddet vnicuique ſecundum opera eius.

c. 12 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Johannem.

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Amen amen dico vobis. Niſi granum frumenti cadens in terrã mortuum fuerit: ipſum ſolum manet. Si autem mortuum fuerit: multum fructum affert. Qui amat animam ſuam: perdet eam. Et qui odit animam ſuam in hoc mundo: in vitam ęternã cuſtodit eam. Si quis mihi miniſtrat: me ſequatur. Et vbi ſum ego: illic & miniſter meus erit. Si quis mihi miniſtrauerit: honorificabit eum pater meus.

c. 22 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum.

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Nolite arbitrari: quia venerim pacem mittere in terrã.

Non

Non veni pacem mittere, ſed gladium. Veni enim ſeparare hominem aduerſus patrem ſuum: ⁊ filiam aduerſus matrem ſuam: ⁊ nurum aduerſus ſocrum ſuam: ⁊ inimici hominis domeſtici eius. Qui amat patrem, aut matrem pluſquam me: non eſt me dignus. Et qui amat filium, aut filiam ſuper me: non eſt me dignus. Et qui non accipit crucem ſuam: ⁊ ſequitur me: non eſt me dignus. Qui inuenit animam ſuã: perdet illam. Et qui perdiderit animã ſuam propter me: inueniet eam. Qui recipit vos: me recipit. Et qui me recipit: recipit eum qui me miſit. Qui recipit prophetã in nomine prophetę: mercedem prophetę accipiet. Et qui recipit iuſtum in nomine iuſti: mercedem iuſti accipiet. Et quicunqꝫ potum dederit vni ex minimis iſtis, calicem aquę frigidę tantum, in nomine diſcipuli: amen dico vobis: non perdet mercedem ſuam.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam. c. 22

In illo tempore. Facta eſt contentio inter diſcipulos: quis eorum videretur eſſe maior. Dixit autem eis Jeſus. Reges gentium dominantur eorum: ⁊ qui poteſtatem habent ſuper eos: benefici vocantur. Vos autem non ſic. Sed qui maior eſt in vobis, fiat ſicut iunior: ⁊ qui pręceſſor eſt, ſicut miniſtrator. Nam quis maior eſt: qui recumbit, an qui miniſtrat? Nonne qui recumbit? Ego autem in medio veſtrum ſum: ſicut qui miniſtrat. Vos autem eſtis, qui permanſiſtis mecum in tentationibus meis. Et ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi pater meus regnum: vt edatis, ⁊ bibatis ſuper menſam meam in regno meo: ⁊ ſedeatis ſuper thronos: iudicantes duodecim tribus iſrael.

Sequentia

c.5 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum.

IN illo tempore. Uidens Jeſus turbas, aſcendit in montem. Et cum ſediſſet: acceſſerunt ad eum diſcipuli eius. Et aperiens os ſuum: docebat eos dicens. Beati pauperes ſpiritu: quoniam ipſorum eſt regnum celorum. Beati mites: quoniam ipſi poſſidebũt terram. Beati qui lugent: quoniam ipſi conſolabuntur. Beati qui eſuriunt, ⁊ ſitiunt iuſtitiam: quoniã ipſi ſaturabuntur. Beati miſericordes: quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. Beati mundo corde: quoniam ipſi deum videbunt. Beati pacifici: quoniã filij dei vocabuntur. Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam: quoniam ipſorum eſt regnum celorum. Beati eſtis, cum maledixerint vobis homines: ⁊ perſecuti vos fuerint: ⁊ dixerint omne malũ aduerſum vos: mentientes propter me. Gaudete, ⁊ exultate: quoniã merces veſtra copioſa eſt in celis.

c.6 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam.

IN illo tempore. Deſcendens Jeſus de monte, ſtetit in loco campeſtri: ⁊ turba diſcipulorum eius ⁊ multitudo copioſa plebis ab omni iudea, ⁊ hieruſalem, ⁊ maritima, ⁊ tyri, ⁊ ſydonis: qui venerant vt audirent eum: ⁊ ſanarentur a languoribus ſuis. Et qui vexabantur a ſpiritibus immundis curabantur. Et omnis turba querebat eũ tangere: quia virtus de illo exibat: ⁊ ſanabat omnes. Et ipſe eleuatis oculis in diſcipulos ſuos, dicebat. Beati pauperes: quia veſtrũ eſt regnum dei. Beati qui nunc eſuritis: quia ſaturabimini. Beati pauperes: quia veſtrum eſt regnũ dei. Beati qui nunc eſuritis: quia ſaturabimini. Beati qui nunc fletis: quia ridebitis. Beati eritis cũ vos oderint homines: ⁊ cum ſeparauerint vos: ⁊ exprobrauerint: ⁊ eiecerint

cerint nomen veſtrum tanquam malum: propter filium hominis. Gaudete in illa die, ⁊ exultate: ecce enim merces veſtra multa eſt in cęlo.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam. c. 21

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Cũ audieritis pręlia, ⁊ ſeditiones: nolite terreri. Oportet primum hęc fieri: ſed nondum ſtatim finis. Tunc dicebat illis. Surget gens contra gentem: ⁊ regnum aduerſus regnum: ⁊ terremotus magni erunt per loca: ⁊ peſtilentię: ⁊ fames: terroreſque de cęlo: ⁊ ſigna magna erunt. Sed ante hęc omnia inijcient vobis manus ſuas: ⁊ perſequentur: tradentes in ſynagogas, ⁊ cuſtodias: trahentes ad reges, ⁊ pręſides propter nomen meum. Contingent autem vobis in teſtimonium. Ponite ergo in cordibus veſtris: non pręmeditari quemadmodum reſpondeatis. Ego enim dabo vobis os, ⁊ ſapientiam: cui non poterunt reſiſtere, ⁊ contradicere omnes aduerſarij veſtri. Trademini autem a parentibus, ⁊ fratribus, ⁊ cognatis, ⁊ amicis: ⁊ morte afficient ex vobis. Et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum. Et capillus de capite veſtro non peribit. In patientia veſtra, poſſidebitis animas veſtras.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam. c. 12

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Attendite a fermento phariſęorum: quod eſt hypocriſis. Nihil autem opertum eſt quod non reueletur: neque abſconditum quod non ſciatur. Quoniam quę in tenebris dixiſtis: in lumine dicentur: ⁊ quod in aure locuti eſtis in cubiculis: pręconabitur in tectis. Dico autem vobis amicis meis: ne terreamini ab his qui occidunt corpus: ⁊ poſt hęc non habent amplius quid faciant. Oſtendam autem vobis, quem timeatis. Ti-

mete eum: qui poſtquam occiderit: habet poteſtatẽ mittere in gehennam. Ita dico vobis: hunc timete. Nõne quinque paſſeres veneunt dipondio: ⁊ vnus ex illis non eſt in obliuione coram deo? Sed ⁊ capilli capitis veſtri omnes: numerati ſunt. Nolite ergo timere: multis paſſeribus pluris eſtis vos. Dico autem vobis. Omnis quicunque confeſſus fuerit me coram hominibus: ⁊ filius hominis confitebitur illũ corã angelis dei.

Commune Confeſſorum.

c.5 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum.

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Vos eſtis ſal terrę. Quod ſi ſal euanuerit: in quo ſalietur. Ad nihilum valet vltra: niſi vt mittatur foras ⁊ conculcetur ab hominibus. Vos eſtis lux mundi. Nõ poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita: neque accendunt lucernam: ⁊ ponunt eam ſub modio, ſed ſuper candelabrũ: vt luceat omnibus qui in domo ſunt. Sic luceat lux veſtra coram hominibus: vt videant opera veſtra bona: ⁊ glorificent patrem veſtrum qui in cęlis eſt. Nolite putare, quoniam veni ſoluere legem, aut prophetas. Non veni ſoluere: ſed adimplere. Amen quippe dico vobis: donec tranſeat cęlum, ⁊ terra: iota vnum, aut vnus apex non pręteribit a lege: donec omnia fiant. Qui ergo ſoluerit vnum de mandatis iſtis minimis: ⁊ docuerit ſic homines: minimus vocabitur in regno cęlorum. Qui autem fecerit, ⁊ docuerit: hic magnus vocabitur in regno cęlorum.

c.12 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam.

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Sint lumbi veſtri pręcincti: ⁊ lucernę ardentes in manibus

uestris et uos similes hominibus

Stris. Et os similes ominibus xpectan.

bus expectantibus dominum ſuum, quando reuertatur a nuptijs: vt cum venerit, ⁊ pulſauerit: confeſtim aperiant ei. Beati ſerui illi: quos cum venerit dominus, inuenerit vigilantes. Amen dico vobis: quod pręcinget ſe: ⁊ faciet eos diſcumbere: ⁊ tranſiens miniſtrabit illis. Et ſi venerit in ſecunda vigilia: ⁊ ſi in tertia vigilia venerit: ⁊ ita inuenerit: beati ſunt ſerui illi. Hoc autem ſcitote: quoniam ſi ſciret pater familias, qua hora fur veniret: vigilaret vtique: ⁊ non ſineret perfodi domum ſuam. Ideo ⁊ vos eſtote parati: quia qua hora non putatis, filius hominis veniet.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum. c.24

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Vigilate: quia neſcitis qua hora dominus veſter vēturus ſit. Illud autem ſcitote: quoniam ſi ſciret paterfamilias, qua hora fur venturus eſſet: vigilaret vtique: ⁊ non ſineret perfodi domum ſuam. Ideo ⁊ vos eſtote parati: quia neſcitis qua hora filius hominis venturus eſt. Quis putas eſt fidelis ſeruus, ⁊ prudens: quem conſtituit dominus ſuper familiam ſuam: vt det illis cibum in tempore? Beatus ille ſeruus: quem cum venerit dominus eius: inuenerit ſic facientem. Amen dico vobis: quoniam ſuper omnia bona ſua conſtituet eum.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum. c.25

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Homo quidā peregre proficiſcens vocauit ſeruos ſuos: ⁊ tradidit illis bona ſua. Et vni dedit quinque talenta: alij autem duo: alij vero vnū: vnicuique ſecundum propriam virtutem: ⁊ profectus eſt ſtatim. Abijt autem qui quinque talenta acceperat: ⁊ operatus eſt in eis: ⁊ lucratus eſt alia quinque. Similiter autem ⁊ qui duo talenta acceperat: lucratus eſt alia duo.

Acci

Digitized by Google

Qui autem vnum acceperat, abiens fodit in terram: ⁊ abſcondit pecuniam domini ſui. Poſt multũ vero temporis venit dominus ſeruorum illorum: ⁊ poſuit rationem cum eis. Et accedens qui quinque talenta acceperat: obtulit alia quinque talenta, dicens. Domine, quinque talenta tradidiſti mihi: ecce alia quinque ſuper lucratus ſum. Ait illi dominus eius. Euge ſerue bone, ⁊ fidelis: quia in pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam: intra in gaudium domini tui. Acceſſit autem ⁊ qui duo talenta acceperat: ⁊ ait. Domine, duo talenta tradidiſti mihi: ecce alia duo ſuperlucratus ſum. Ait illi dominus eius. Euge ſerue bone, ⁊ fidelis: quia ſuper pauca fuiſti fidelis: ſupra multa te conſtituã: intra in gaudium domini tui.

c. 19 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam.

In illo tempore. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Homo quidam nobilis abijt in regionem longinquam: accipere ſibi regnum, ⁊ reuerti. Vocatis autem decẽ ſeruis ſuis: dedit illis decẽ mnas: ⁊ ait ad illos. Negociamini dum venio. Ciues autẽ eius oderant illum: ⁊ miſerunt legationem poſt illum dicentes. Nolumus hunc regnare ſuper nos. Et factũ eſt vt rediret accepto regno: ⁊ iuſſit vocari ſeruos, quibus dedit pecuniam: vt ſciret quantum quiſque negociatus eſſet. Venit autem primus dicens. Domine, mna tua decem mnas acquiſiuit. Et ait illi. Euge ſerue bone: quia in modico fuiſti fidelis: eris poteſtatem habens ſuper decem ciuitates. Et alter venit dicens. Domine, mna tua fecit quinque mnas. Et huic ait. Et tu eſto ſupra quinque ciuitates. Et alter venit dicens. Domine, ecce mna tua: quam habuit repoſitam in ſudario. Timui enim te, quia homo auſterus es: tollis quod non poſuiſti, ⁊ metis quod non ſeminaſti.

Digitized by Google

Dicit ei. De ore tuo te iudico, ſerue nequam. Sciebas, quia homo auſterus ſum: tollens quod non poſui: ⁊ metens quod non ſeminaui. Et quare non dediſti pecuniam meam ad menſam: ⁊ ego veniens vtique cum vſuris exegiſſem illam? Et aſtantibus dixit. Auferte ab illo mnam: ⁊ date illi qui decem mnas habet. Et dixerunt ei. Domine, habet decem mnas. Dico autem vobis: quia omni habenti dabitur, ⁊ abundabit: ab eo autem qui non habet: ⁊ quod videtur habere, auferetur ab eo.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam. c. 11

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Nemo accendit lucernam: ⁊ in abſcondito ponit, neque ſub modio, ſed ſuper candelabrum: vt qui ingrediuntur lumen videant. Lucerna corporis tui, eſt oculus tuus. Si oculus tuus fuerit ſimplex: totum corpus tuum lucidum erit. Si autem nequam fuerit: etiam corpus tuum tenebroſum erit. Vide ergo, ne lumen quod in te eſt: tenebrę ſint. Si ergo corpus tuum totum lucidum fuerit, non habens aliquā partem tenebrarū: erit lucidū totū. Et ſicut lucerna fulgoris, illuminabit te.

Commune Virginum.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum. c. 13

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Simile eſt regnum cęlorum theſauro abſcondito in agro: quem qui inuenit homo abſcondit: ⁊ pręgaudio illius vadit: ⁊ vendit vniuerſa quę habet: ⁊ emit agrum illum. Iterum, ſimile eſt regnum cęlorū homini negociatori: quęrenti bonas margaritas. Inuenta autem vna precioſa margarita: abiit, ⁊ vendidit omnia quę habuit: ⁊ emit eam. Iterū, ſimile eſt re-

gnum cęlorum ſagenę miſſę in mare: ⁊ ex omni genere piſcium congreganti. Quam cum impleta eſſet educentes, ⁊ ſecus litus ſedentes: elegerunt bonos in vaſa ſua: malos autem foras miſerunt. Sic erit in conſummatione ſeculi. Exibunt angeli: ⁊ ſeperabunt malos de medio iuſtorum: ⁊ mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus, ⁊ ſtridor dentium. Intellexiſtis hęc omnia? Dicunt ei. Etiam. Ait illis. Ideo omnis ſcriba doctus in regno cęlorum, ſimilis eſt homini patrifamilias: qui profert de theſauro ſuo noua, ⁊ vetera.

c.25 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Matthęum.

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Simile eſt regnum cęlorum decem virginibus: quę accipietes lampades ſuas: exierũt obuiã ſponſo, ⁊ ſponſę. Quinq; autẽ ex eis erant fatuę: ⁊ quinq; prudentes. Sed quinq; fatuę, acceptis lampadibus, non ſumpſerunt oleum ſecum. Prudentes vero acceperunt oleũ in vaſis ſuis cum lãpadibus. Moram autẽ faciente ſponſo: dormitauerunt omnes, ⁊ dormierunt. Media autẽ nocte clamor factus eſt: ecce ſpõſus venit: exite obuiam ei. Tunc ſurrexerunt omnes virgines illę: ⁊ ornauerunt lampades ſuas. Fatuę autem ſapientibus dixerunt. Date nobis de oleo veſtro: quia lampades noſtrę extinguuntur. Reſponderunt prudentes, dicentes. Ne forte non ſufficiat nobis, ⁊ vobis: ite potius ad vendentes, ⁊ emite vobis. Dum autẽ irent emere: venit ſponſus: ⁊ quę paratę erant, intrauerunt cum eo ad nuptias: ⁊ clauſa eſt ianua. Nouiſſime vero veniunt ⁊ reliquę virgines, dicentes. Domine, domine, aperi nobis. At ille reſpondens, ait. Amen dico vobis: neſcio vos. Vigilate itaque: quia neſcitis diem, neque horam.

Sanctorum

Digitized by Google

Sanctorum Commune

ſecundum Romanam Curiam.

In vigilia vnius Apoſtoli.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Johannem. c.15

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Hoc eſt pręceptum meum: vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos. Maiorem hac dilectioné nemo habet: vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Vos amici mei eſtis: ſi feceritis quę ego pręcipio vobis. Jam non dicam vos ſeruos: quia ſeruus neſcit, quid faciat dominus eius. Vos autem dixi amicos: quia omnia quęcunque audiui a patre meo, nota feci vobis. Non vos me elegiſtis: ſed ego elegi vos: ⁊ poſui vos, vt eatis: ⁊ fructum afferatis: ⁊ fructus veſter maneat: vt quodcunq; petieritis patré in nomine meo: det vobis.

In vigilia plurimorum Apoſtolorum.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Johannem. c.15

In illo tépore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Ego ſum vitis vera, ⁊ pater meus agricola eſt. Omnem palmitem in me non ferentem fructum tollet eum: ⁊ omnem qui fert fructum purgabit eum: vt fructum plus afferat. Jam vos mundi eſtis, propter ſermoné, quem locutus ſum vobis. Manete in me: ⁊ ego in vobis. Sicut palmes non poteſt ferre fructum a ſemetipſo, niſi manſerit in vite: ſic nec vos, niſi in me mãſeritis. Ego ſum vitis: vos palmites. Qui manet in me, ⁊ ego in eo: hic fert fructum multum: quia ſine me, nihil po-

teſtis

Digitized by Google

teſtis facere. Siquis in me non manſerit: mittetur foras ſicut palmes, ⁊ areſcet: ⁊ colligent eum: ⁊ in ignẽ mittent: ⁊ ardet. Si manſeritis in me: ⁊ verba mea in vobis manſerint: quodcunque volueritis petetis: ⁊ fiet vobis.

Apoſtolorum Commune.

c. 15 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Johannem.

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Hoc eſt preceptum meum: vt diligatis inuicem. ⁊c. Quere ſupra in vigilia vnius Apoſtoli.

c. 15 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Johannem.

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Hęc mando vobis: vt diligatis inuicem. Si mundus vos odit: ſcitote quia me priorem vobis odio habuit. Si de mundo fuiſſetis: mundus quod ſuum erat diligeret. Quia vero de mundo non eſtis: ſed ego elegi vos de mundo: propterea odit vos mundus. Mementote ſermonis mei, quem ego dixi vobis. Non eſt ſeruus maior domino ſuo. Si me perſecuti ſunt: ⁊ vos perſequentur. Si ſermonem meum ſeruauerunt: ⁊ veſtrum ſeruabunt. Sed hęc omnia facient vobis, propter nomen meum: quia neſciunt eum, qui miſit me. Si non veniſſem: ⁊ locutus eis non fuiſſem: peccatum non haberent. Nunc autem excuſationem non habent de peccato ſuo. Qui me odit: ⁊ patrem meum odit. Si opera non feciſſem in eis, quę nemo alius fecit: peccatum non haberent. Nunc autem, ⁊ viderunt, ⁊ oderunt ⁊ me, ⁊ patrem meum. Sed vt impleatur ſermo, qui in lege eorũ ſcriptus eſt: quia odio habuerunt me gratis.

Digitized by Google

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Iohannem.

In illo tempore. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Ego ſum vitis vera, ⁊ pater meus agricola eſt. ⁊c. Quere ſupra in vigilia plurimorum Apoſtolorum.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum. c. 10

In illo tempore. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Ecce ego mitto vos ſicut oues in medio luporum. Eſtote ergo prudentes ſicut ſerpentes: ⁊ ſimplices ſicut columbę. Cauete autem ab hominibus. Tradent enim vos in concilijs: ⁊ in ſynagogis ſuis flagellabunt vos: ⁊ ante reges, ⁊ pręſides ducemini propter me: in teſtimonium illis, ⁊ gentibus. Cum autem tradent vos: nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini. Dabitur enim vobis in illa hora, quid loquamini. Non enim vos eſtis qui loquimini: ſed ſpiritus patris veſtri, qui loquitur in vobis. Tradet autem frater fratrē in mortem: ⁊ pater filiū. Et inſurgent filij in parentes: ⁊ morte eos afficient: ⁊ eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum. Qui autem perſeuerauerit vſque in finem: hic ſaluus erit.

Sequentia ſancti Eūangelij ſecundum Mattheum. c. 19

In illo tempore. Dixit Simon petrus ad Ieſum. Ecce nos reliquimus omnia: ⁊ ſecuti ſumus te: quid ergo erit nobis? Ieſus autem dixit illis. Amen dico vobis: quod vos, qui ſecuti eſtis me: in regeneratione, cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuę: ſedebitis ⁊ vos ſuper ſedes duodecim: iudicantes duodecim tribus iſrael. Et omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum: centuplum accipiet: ⁊ vitam ęternam poſſidebit.

Sequentia

10 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam.

IN illo tempore. Deſignauit dominus ⁊ alios ſeptuagintaduos: ⁊ miſit illos binos ante faciē ſuam: in omnem ciuitatem, ⁊ locum, quo erat ipſe venturus. Et dicebat illis. Meſſis quidem multa: operarij autem pauci. Rogate ergo dominum meſſis: vt mittat operarios in meſſem ſuam. Ite. Ecce mitto vos ſicut agnos inter lupos. Nolite portare ſacculum, neque peram, neque calciamenta: ⁊ neminem per viam ſalutaueritis. In quamcunque domum intraueritis: primū dicite. Pax huic domui. Et ſi ibi fuerit filius pacis: requieſcet ſuper illum pax veſtra: ſin autem: ad vos reuertetur. In eadem autē domo manete: edentes, ⁊ bibētes, quę apud illos ſunt. Dignus eſt enim operarius mercede ſua. Nolite tranſire de domo in domum. Et in quamcunque ciuitatē intraueritis: ⁊ ſuſceperint vos: manducate quę apponuntur vobis: ⁊ curate infirmos: qui in illa ſunt: ⁊ dicite illis. Appropinquabit in vos regnum dei.

Commune vnius Martyris Pont. ſiue non Pont.

10 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum.

IN illo tempore. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Nihil opertum, quod non reueletur: ⁊ occultum, quod non ſciatur. Quod dico vobis in tenebris: dicite in lumine: ⁊ quod in aure auditis: prędicate ſuper tecta. Et nolite timere eos, qui occidunt corpus: animā autē non poſſunt occidere: ſed potius eum timete: qui poteſt ⁊ animam, ⁊ corpus perdere in gehennā. Nonne duo paſſeres aſſe veneunt: ⁊ vnus ex illis non cadet ſuper terram ſine patre veſtro? Veſtri autem ⁊ capilli capitis omnes numerati ſunt. Nolite ergo timere: mul-

tis paſſeribus meliores eſtis vos. Omnis ergo qui cō fitebitur me coram hominibus: confitebor ⁊ ego eum coram patre meo, qui eſt in cęlis.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam. c. 14

In illo tempore. Dixit Ieſus turbis. Si quis venit ad me: ⁊ non odit patrem ſuum, ⁊ matrem, ⁊ vxorem, ⁊ filios, ⁊ fratres, ⁊ ſorores, adhuc autem ⁊ animam ſuam: non poteſt meus eſſe diſcipulus. Et qui non baiulat crucem ſuam: ⁊ venit poſt me: non poteſt meus eſſe diſcipulus. Quis enim ex vobis volens turrim ędificare: non prius ſedens computat ſumptus, qui neceſſarij ſunt: ſi habet ad perficiendum: ne poſtquā poſuerit fundamentū, ⁊ non potuerit perficere: omnes, qui vident, incipiant illudere ei, dicentes: quia hic homo cepit ędificare, ⁊ non potuit conſummare? Aut quis rex iturus committere bellum aduerſus alium regem: non ſedens prius cogitat: ſi poſſit cum decē millibus occurrere ei: qui cum viginti millibus venit ad ſe? Alioquin adhuc illo longe agente: legationem mittens, rogat ea, quę pacis ſunt. Sic ergo omnis ex vobis, qui non renunciauerit omnibus, quę poſſidet: non poteſt meus eſſe diſcipulus.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum. c. 10

In illo tempore. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Nolite arbitrari ⁊c. Quęre ſupra in communi vnius martyris ſecundum ordinem Prędicatorum.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum. c. 16

In illo tempore. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Si quis vult venire poſt me, ⁊c. Quęre ſupra in communi vnius martyris ſecundum ordinem Prędicatorum.

Sequentia

Digitized by Google

c. 12 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Johannem.

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Amē amen dico vobis. Niſi granum. ⁊c. Quęre ſupra in communi vnius Martyris ſecundum ord. Prędic.

Commune Martyrum a Paſcha vſq. ad Pent.

c. 15 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Johannem.

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Ego ſum vitis vera, ⁊ pater meus agricola eſt. ⁊c. Quęre ſupra in vigilia plurimorum Apoſtolorum.

c. 15 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Johannem.

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Ego ſum vitis: ⁊ vos palmites. Qui manet in me: ⁊ ego in eo. Hic fert fructum multum: quia ſine me nihil poteſtis facere. Si quis in me non manſerit: mittetur foras ſicut palmes: ⁊ areſcet: ⁊ colligent eum: ⁊ in ignē mittent: ⁊ ardet. Si manſeritis in me: ⁊ verba mea in vobis manſerint: quodcunque volueritis, petetis: ⁊ fiet vobis. In hoc clarificatus eſt pater meus: vt fructum plurimum afferatis: ⁊ efficiamini mei diſcipuli. Sicut dilexit me pater: ⁊ ego dilexi vos. Manete in dilectione mea. Si pręcepta mea ſeruaueritis: manebitis in dilectione mea: ſicut ⁊ ego patris mei pręcepta ſeruaui: ⁊ maneo in eius dilectione. Hęc locutus ſum vobis: vt gaudiū meum in vobis ſit: ⁊ gaudiū veſtrū impleatur.

Commune plurimorum Martyrum.

c. 5 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum.

In illo tempore. Videns Jeſus turbas, ⁊c. Quęre ſupra in cōmuni plurimorū Martyrū ſec. ord. Prędic.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum. c.24

In illo tempore. Sedente Ieſu ſuper monté oliueti: acceſſerunt ad eum diſcipuli eius ſecreto, dicentes. Dic nobis: quando hec erunt: ⁊ quod ſignum aduentus tui, ⁊ conſumationis ſeculi? Et reſpondens Ieſus dixit eis. Uidete, ne quis vos ſeducat. Multi enim venient in nomine meo: dicentes, ego ſum chriſtus: ⁊ multos ſeducent. Audituri enim eſtis prelia, ⁊ opiniones preliorū. Uidete ne turbemini. Oportet enim hec fieri: ſed nondū eſt finis. Conſurget enim gens in gentem: ⁊ regnum in regnum: ⁊ erunt peſtilentie, ⁊ fames, ⁊ terremotus per loca. Hec auté omnia, initia ſunt dolorū. Tunc tradent vos in tribulationé: ⁊ occident vos: ⁊ eritis odio omnibus gétibus propter nomen meum. Et tunc ſcandalizabuntur multi: ⁊ inuicem tradent: ⁊ odio habebunt inuicé. Et multi pſeudo prophete ſurgent: ⁊ ſeducent multos. Et quoniā abūdauit iniquitas: refrigeſcet charitas multorum. Qui autem perſeuerauerit vſq; in finem: hic ſaluus erit.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam. c.12

In illo tempore. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Attendite a fermento phariſeorum. ⁊c. Quere ſupra in communi plurimorum Martyrum ſec. ord. Predic.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam. c.6

In illo tempore. Deſcendens Ieſus de monte. ⁊c. Quere ſupra in communi plurimorum Martyrum, ſecundum ordinem Predicatorum.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam. c.11

In illo tempore. Dicebat Ieſus turbis iudeorum, ⁊ principibus ſacerdotum. Ue vobis, qui

edificatis

Digitized by Google

ędificatis monumenta prophetarum. Patres autem ve
ſtri occiderunt illos. Profecto teſtificamini: quod con
ſentitis operibus patrum veſtrorum: quoniam ipſi qui-
dem eos occiderunt: vos autem ędificatis eorum ſepul
chra. Propterea ⁊ ſapientia dei dixit. Mittam ad illos
prophetas, ⁊ apoſtolos: ⁊ ex illis occident, ⁊ perſequē
tur: vt inquiratur ſanguis omnium prophetarum, qui
effuſus eſt a conſtitutione mundi, a generatione iſta a
ſanguine abel, vſque ad ſanguinem zacharię: qui perijt
inter altare, ⁊ ędem. Ita dico vobis: requiretur ab
hac generatione. Vę vobis legiſperitis, qui tuliſtis cla
uem ſcientię: ipſi non introiſtis: ⁊ eos, qui introibant
prohibuiſtis. Cum hęc ad illos diceret: ceperunt pha-
riſęi, ⁊ legiſperiti grauiter inſiſtere: ⁊ os eius opprime-
re: de multis inſidiantes ei: ⁊ quęrentes capere aliquid
ex ore eius: vt accuſarent eum.

c. 21 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam.

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Cum
audieritis prẹlia. ⁊c. Quęre ſupra in communi pluri-
morum Martyrum ſecundum ord. Predic.

c. 10 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam.

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Qui
vos audit, me audit: ⁊ qui vos ſpernit, me ſper-
nit. Qui autem me ſpernit: ſpernit eum, qui me miſit.
Reuerſi ſunt autem ſeptuagintaduo cum gaudio, dicen
tes. Domine, etiā dęmonia in nomine tuo ſubijciuntur
nobis. Et ait illis. Videbam ſathanam ſicut fulgur
de cęlo cadentem. Et ecce dedi vobis poteſtatem cal-
candi ſupra ſerpentes, ⁊ ſcorpiones: ⁊ ſupra omnem vir
tutem inimici: ⁊ nihil vobis nocebit. Veruntamen in
hoc nolite gaudere: quia ſpiritus ſubijciuntur vobis.
Gaudete autē: quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cęlis.

Sequentia

Digitized by Google

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Matthęum. c. 11

In illo tempore. Reſpondens Jeſus dixit. Confiteor tibi pater, domine cęli, & terrę: quia abſcōdiſti hęc a ſapientibus, & prudentibus: & reuelaſti ea paruulis. Ita pater: quoniam ſic placitum fuit ante te. Omnia mihi tradita ſunt a patre meo. Et nemo nouit filium, niſi pater: neque patrem quis nouit, niſi filius: & cui voluerit filius reuelare. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis: & ego reficiam vos. Tollite iugum meum ſuper vos: & diſcite a me, quia mitis ſum, & humilis corde: & inuenietis requiem animabus veſtris. Jugum enim meū ſuaue eſt: & onus meū leue.

Commune Confeſſoris Pontificis, ſeu non Pont.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Matthęum. c. 5

Dicitur tantum in Doctoribus.

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Vos eſtis ſal terrę. &c. Quęre in communi confeſſorum ſecundum ordinem Prędicatorum.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Matthęum. c. 24

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis Vigilate: quia neſcitis qua hora &c. Quęre in communi Confeſſorum ſecundum ordinem Prędicatorum.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Matthęum. c. 25

Nō dicitur de confeſſ. non pont.

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Homo quidam peregre proficiſcens. &c. Quęre in communi Confeſſorum ſecund. ord. Pręd.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam. c. 12

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Sint lumbi veſtri. &c. Quęre in cōmuni conf. ſec. ord. Pręd.

Sequentia

c. 11 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam.

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Nemo accendit lucernam, ⁊ in abſcondito ponit. ⁊c. Quere in communi confeſſorum ſecundum ordinem Predic.

c. 13 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Marcum.

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Videte: vigilate: ⁊ orate. Neſcitis enim quando tempus ſit. Sicut homo, qui peregre profectus eſt: reliquit domum ſuam: ⁊ dedit ſeruis ſuis poteſtatem cuiuſque operis: ⁊ ianitori precepit, vt vigilet. Vigilate ergo: neſcitis enim quando dominus domus veniat: ſero, an media nocte, an galli cantu, an mane: ne cum venerit repente: inueniat vos dormientes. Quod autem vobis dico: omnibus dico: vigilate.

c. 12 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam.

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Nolite timere puſillus grex: quia complacuit patri veſtro dare vobis regnum. Vendite que poſſidetis: ⁊ date eleemoſynam. Facite vobis ſacculos, qui non veteraſcunt: theſaurum non deficientem in celis: quo fur nõ appropiat: neque tinea corrumpit. Vbi enim eſt theſaurus tuus: ibi ⁊ cor tuum erit.

c. 19 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam.

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Homo quidam nobilis. ⁊c. Quere in communi Confeſſorum ſecundum ord. Pred.

c. 19 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum.

In illo tempore. Dixit Simon petrus ad Jeſum. Ecce nos reliquimus omnia: ⁊ ſecuti ſumus te: quid

quid ergo erit nobis? Jeſus autem dixit illis. Amen dico vobis: quod vos qui ſecuti eſtis me, in regeneratione, cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuę, ſedebitis ⁊ vos ſuper ſedes duodecim iudicantes duodecim tribus iſrael. Et omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum: centuplum accipiet: ⁊ vitam ęternam poſſidebit.

Commune Virginum.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum.

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Simile eſt regnum cęlorum theſauro. ⁊c. Quęre ſupra in communi Virginum ſec. ord. Prędic.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum.

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Simile eſt regnum cęlorum decem virginibus ⁊c. Quęre ſupra in communi Virginum ſecundum ordinem Prędicatorum.

In dedicatione, ſeu anniuerſario dedicationis eccleſiæ.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam.

In illo tempore. Egreſſus Jeſus perambulabat hierico ⁊c. Quęre poſt dominicam 24 poſt Trinitatem.

Explicit Commune Sanctorum.
ſecundum Rom. Eu.

Miſſę votiuę

ſecundum ordinem Prædicatorum.

De ſancta Trinitate.

c. 15 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Johannem.

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Cũ venerit paracletus, quem ego mittam vobis a patre, ſpiritum veritatis, qui a patre procedit: ille teſtimonium perhibebit de me. Et vos teſtimonium perhibebitis: quia ab initio mecum eſtis. Hęc locutus ſum vobis: vt non ſcandalizemini. Abſque ſynagogis facient vos. Sed venit hora: vt omnis qui interficit vos: arbitretur obſequium ſe pręſtare deo. Et hęc facient vobis: quia non nouerunt patrem, neque me. Sed hęc locutus ſum vobis: vt cum venerit hora eorum: reminiſcamini, quia ego dixi vobis.

De Spiritu ſancto.

c. 14 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Johannem.

In illo tẽpore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Si quis diligit me: ſermonem meũ ſeruabit. Et pater meus diliget eum: ⁊ ad eum veniemus: ⁊ manſionẽ apud eum faciemus. Qui non diligit me: ſermones meos non ſeruat. Et ſermonem quem audiſtis, non eſt meus: ſed eius qui miſit me patris. Hęc locutus ſum vobis, apud vos manens. Paracletus autem ſpiritus ſanctus, quem mittet pater in nomine meo: ille vos docebit omnia: ⁊ ſuggeret vobis omnia, quęcunque dixero vobis. Pacem relinquo vobis: pacem meam do vobis. Nõ quomodo mundus dat: ego do vobis. Non turbetur

Digitized by Google

cor veſtrum: neq; formidet. Audiſtis, quia ego dixi vobis: vado, & venio ad vos. Si diligeretis me, gauderetis vtiq;: quia vado ad patré: quia pater maior me eſt. Et nunc dixi vobis, priuſquam fiat: vt cum factum fuerit, credatis. Iam non multa loquar vobiſcum. Venit enim princeps mundi huius: & in me nõ habet quicquam. Sed vt cognoſcat mundus, quia diligo patré: & ſicut mandatum dedit mihi pater: ſic facio.

De Corpore Chriſti.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Iohannem. c.6

In illo tempore. Dixit Ieſus turbis iudęorum. Caro mea vere eſt cibus: & ſanguis meus vere eſt potus. Qui manducat meam carnem: & bibit meum ſanguinem: in me manet: & ego in illo. Sicut miſit me viuens pater: & ego viuo propter patrem. Et qui manducat me: & ipſe viuet propter me. Hic eſt panis, qui de cęlo deſcendit. Non ſicut manducauerunt patres veſtri manna: & mortui ſunt. Qui manducat hunc panem: viuet in ęternum.

De ſancta Cruce.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum. c.20

In illo tempore. Aſcendens Ieſus hieroſolymã: aſſumpſit duodecim diſcipulos ſuos ſecreto: & ait illis. Ecce aſcendimus hieroſolymam: & filius hominis tradetur principibus ſacerdotum, & ſcribis: & condemnabunt eum morte. Et tradent eum gentibus: ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum. Et tertia die reſurget.

c. 19 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Johannem.

In illo tempore. Sciens Jeſus, quia omnia iam conſummata erant: vt cõſummaretur ſcriptura dixit. Sitio. Vas ergo poſitũ erat aceto plenũ. Illi autem ſpongiam plenam aceto hyſſopo circumponentes: obtulerunt orı̃ eius. Cum ergo accepiſſet Jeſus acetũ dixit. Conſummatum eſt. Et inclinato capite: emiſit ſpiritum. Judei autem quoniam paraſceue erat, vt nõ remanerent in cruce corpora ſabbato: erat enim magnus dies ille ſabbati: rogauerunt pilatum, vt frangerentur eorum crura, ⁊ tollerentur. Venerunt ergo milites, ⁊ primi quidem fregerunt crura: ⁊ alterius qui crucifixus eſt cum eo. Ad Jeſum autem cum veniſſent, vt viderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura: ſed vnus militum lancea latus eius aperuit, ⁊ continuo exiuit ſanguis ⁊ aqua. Et qui vidit: teſtimonium perhibuit. Et ſcimus: quia verum eſt teſtimonium eius.

In commemoratione b. Mariæ per aduentum.

c. 1 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam.

In illo tempore. Miſſus eſt angelus gabriel a deo in ciuitatem galileę, cui nomen nazareth: ad virginem deſponſatam viro, cui nomen erat ioſeph, de domo dauid: ⁊ nomen virginis maria. Et ingreſſus angelus ad eam, dixit. Aue gratia plena, dominus tecum. Benedicta tu in mulieribus. Quę cum audiſſet, turbata eſt in ſermone eius: ⁊ cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio. Et ait angelus ei. Ne timeas maria: inueniſti enim gratiam apud deum. Ecce concipies in vtero, ⁊ paries filium: ⁊ vocabis nomen eius Jeſum. Hic erit magnus: ⁊ filius altiſſimi vocabitur. Et dabit illi dominus deus ſedem dauid patris eius: ⁊ regnabit in do

mo iacob in ęternum, ⁊ regni eius non erit finis. Dixit autem maria ad angelum. Quomodo fiet iſtud: quoniam virum non cognoſco? Et reſpondens angelus, dixit ei. Spiritus ſanctus ſuperueniet in te: ⁊ virtus altiſſimi obumbrabit tibi. Ideoque, ⁊ quod naſcetur ex te ſanctum: vocabitur filius dei. Et ecce eliſabeth cognata tua: ⁊ ipſa concepit filium in ſenectute ſua. Et hic menſis eſt ſextus illi, quę vocatur ſterilis: quia non erit impoſſibile apud deum omne verbum. Dixit auté maria. Ecce ancilla domini: fiat mihi ſecundum verbum tuum.

A natiuitate Domini vſq. ad Purificationem.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam. c. 11

In illo tempore. Loquente Ieſu ad turbas: extollens vocem quędam mulier de turba, dixit illi. Beatus venter qui te portauit: ⁊ vbera, quę ſuxiſti. At ille dixit. Quinimo, beati qui audiunt verbum dei: ⁊ cuſtodiunt illud.

A Purificatione vſque ad Aduentum.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam. c. 11

In illo tempore. Loquente Ieſu ad turbas ⁊c. Quęre in miſſa pręcedenti.

In feria iii quando celebratur de ſancto Dominico per anni circulum.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum. c. 5

In illo tempore. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Vos eſtis ſal terrę. Quod ſi ſal euanuerit: in quo ſalietur? Ad nihilum valet vltra: niſi vt mittatur foras: ⁊

conculcetur

conculcetur ab hominibus: Vos eſtis lux mundi. Nõ poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita: neque accendunt lucernam, ⁊ ponunt eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum, vt luceat omnibus, qui in domo ſunt. Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, ⁊ glorificent patrem veſtrum, qui in cęlis eſt. Nolite putare, quoniam veni ſoluere legem, aut prophetas. Non veni ſoluere: ſed adimplere. Amen quippe dico vobis: donec tranſeat cęlum, ⁊ terra: iota vnum, aut vnus apex non pręteribit a lege: donec omnia fiant. Qui ergo ſoluerit vnum de mandatis iſtis minimis: ⁊ docuerit ſic homines: minimus vocabitur in regno cęlorum. Qui autem fecerit, ⁊ docuerit: hic magnus vocabitur in regno cęlorum.

Pro quacunque neceſſitate.

c. 11 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Marcum.

In illo tẽpore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Habete fidẽ dei. Amen dico vobis: quia quicunqꝫ dixerit monti huic tollere, ⁊ mittere in mare: ⁊ nõ heſitauerit in corde ſuo: ſed crediderit, quia quodcunqꝫ dixerit, fiat: fiet ei. Propterea dico vobis. Omnia quęcũque orantes petitis, credite, quia accipietis, ⁊ euenient vobis.

Pro Defunctis.

Jn quotidianis miſſis ſiue pro vno ſiue pro pluribus.

c. 6 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Johannem.

In illo tempore. Dixit Jeſus turbis iudęorum. Amen amen dico vobis: niſi manducaueritis carnem filij hominis: ⁊ biberitis eius ſanguinem: non habebitis vitam in vobis. Qui manducat meam carnem: ⁊ bibit

⁊ bibit meum ſanguinem: habet vitam ęternam. Et ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die.

Pro præſenti defuncto tantum.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Johannem. c. 11

IN illo tempore. Dixit martha ad Jeſum. Domine, ſi fuiſſes hic: frater meus non fuiſſet mortuus. Sed ⁊ nunc ſcio, quia quęcunque popoſceris a deo: dabit tibi deus. Dicit illi Jeſus. Reſurget frater tuus. Dicit ei martha. Scio quia reſurget in reſurrectione in nouiſſimo die. Dicit ei Jeſus. Ego ſum reſurrectio, ⁊ vita. Qui credit in me: etiam ſi mortuus fuerit, viuet. Et omnis qui viuit, ⁊ credit in me: non morietur in ęternum. Credis hoc? Ait illi. Utique domine. Ego credidi: quia tu es chriſtus filius dei viui: qui in hunc mundum veniſti.

In omni anniuerſario.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Johannem. c. 5

IN illo tempore. Dixit Jeſus turbis iudęorum. Amen amen dico vobis: quia venit hora ⁊ nunc eſt, quando mortui audient vocem filij dei: ⁊ qui audierint viuent. Sicut enim pater habet vitam in ſemetipſo: ſic dedit ⁊ filio vitam habere in ſemetipſo. Et poteſtatem dedit ei iudicium facere: quia filius hominis eſt. Nolite mirari hoc: quia venit hora, in qua omnes qui in monumentis ſunt, audient vocem eius. Et procedent qui bona fecerunt: in reſurrectionem vitę. Qui vero mala egerunt: in reſurrectionem iudicij.

Explicit Miſſę defunctorum.

Sequentia

Digitized by Google

c. 1 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam.

In illo tempore. Miſſus eſt angelus gabriel. &c.
Quere ſupra in annunciatione dominica die 25 Martij.

De ſancto Raphaele archangelo.

c. 5 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Johannem.

IN illo tempore. Erat dies feſtus iudeorum: & aſcendit Jeſus hieroſolymam. Eſt autem hieroſolymis probatica piſcina, que cognominatur hebraice bethſaida: quinque porticus habens. In his iacebat multitudo magna languentium, cecorum, claudorũ, aridorum: expectantium aque motum. Angelus autem domini ſecundum tempus deſcendebat in piſcinam: & mouebatur aqua. Et qui prior deſcendiſſet in piſcinã poſt motionem aque: ſanus fiebat a quacunqз detinebatur infirmitate.

Pro vnione Eccleſiæ.

c. 17 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Johannem.

IN illo tempore. Subleuatis Jeſus oculis in celum, dixit. Pater ſancte: ſerua eos in nomine tuo, quos dediſti mihi: vt ſint vnum, ſicut & nos. Cum eſſem cum eis: ego ſeruabam eos in nomine tuo. Quos dediſti mihi, ego cuſtodiui: & nemo ex eis perijt, niſi filius perditionis: vt ſcriptura adimpleretur. Nunc autẽ ad te venio, & hec loquor in mundo: vt habeant gaudium meum impletum in ſemetipſis. Ego dedi eis ſermonem tuum: & mundus odio eos habuit: quia non ſunt de mundo: ſicut & ego non ſum de mundo. Non rogo vt tollas eos de mundo: ſed vt ſerues eos a malo. Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus veritas eſt.

Sicut

Pro vnione Eccleſię.

Sicut tu me miſiſti in mundum: ita ⁊ ego miſi eos in mundum. Et pro eis ſanctifico me ipſum: vt ſint ⁊ ipſi ſanctificati in veritate. Non pro eis autem rogo tantū: ſed ⁊ pro eis qui crediturí ſunt per verbum eorū in me: vt omnes vnum ſint ſicut tu pater in me, ⁊ ego in te, vt ipſi in nobis vnum ſint, vt credat mundus, quia tu me miſiſti. Et ego claritatem quam dediſti mihi dedi eis: vt ſint vnum, ſicut ⁊ nos vnum ſumus. Ego in eis, ⁊ tu in me: vt ſint conſummati in vnum.

Pro Pace.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Johannem. c. 20

In illo tempore. Cum ſero eſſet die illo vna ſabbatorum: ⁊ fores eſſent clauſę: vbi erant diſcipuli congregati propter metum iudęorum: venit Jeſus, ⁊ ſtetit in medio: ⁊ dixit eis. Pax vobis. Et cum hoc dixiſſet: oſtēdit eis manus, ⁊ latus. Gauiſi ſunt ergo diſcipuli viſo domino. Dicit eis iterum. Pax vobis: ſicut miſit me pater: ⁊ ego mitto vos. Hęc cū dixiſſet: inſufflauit ⁊ dixit eis. Accipite ſpiritum ſanctū. Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: ⁊ quorum retinueritis, retenta ſunt.

Contra paganos.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam. c. 11

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Quis veſtrū habebit. ⁊c. Quęre feria ii in rogationibus.

In tempore belli.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Matthęum. c. 24

In illo tempore. Acceſſerunt ad Jeſum diſcipuli eius ſecreto, dicentes. Dic nobis quando hęc erunt:

Digitized by Google

erunt: ⁊ quod ſignum aduentus tui? Et reſpondens Jeſus dixit illis. Uidete ne quis vos ſeducat. Multi enim venient in nomine meo dicentes: ego ſum chriſtus: ⁊ multos ſeducent. Audituri enim eſtis prelia: ⁊ opiniones preliorum. Uidete ne conturbemini. Oportet enim hec fieri: ſed nondum eſt finis. Conſurget enim gens in gentem: ⁊ regnum in regnum: ⁊ erunt peſtilentie: ⁊ fames: ⁊ terremotus per loca. Hec autem omnia, initium ſunt dolorum.

Pro tempore peſtilentiæ.

c.4 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam.

In illo tempore. Surgens Jeſus de ſynagoga: introiuit in domum ſimonis. ⁊c. Quere ſupra in feria quinta poſt dominicam tertiam Quadrageſime.

Pro nauigantibus.

c.4 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Marcum.

In illo tempore. Una die cum ſero eſſet factum: dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Tranſeamus contra. Et dimittentes turbam, aſſumunt eum ita vt erat in naui: ⁊ alie naues erant cum illo. Et facta eſt procella magna venti, ⁊ fluctus mittebant in nauim: ita vt impleretur nauis. Et erat ipſe in puppi: ſuper ceruical dormiens. Et excitant eum: ⁊ dicunt illi. Magiſter, non ad te pertinet quia perimus? Et exurgens comminatus eſt vento: ⁊ dixit mari. Tace: obmuteſce. Et ceſſauit ventus: ⁊ facta eſt tranquillitas magna. Et ait illis. Quid timidi eſtis? Necdum habetis fidem? Et timuerunt timore magno: ⁊ dicebant ad alterutrum. Quis putas eſt iſte: quia ⁊ ventus, ⁊ mare obediunt ei?

Digitized by Google

Super ſponſum, ⁊ ſponſam.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum. c. 19

In illo tempore. Acceſſerunt ad Jeſum phariſei tentantes, ⁊ dicentes. Si licet homini dimittere vxorem ſuam quacunque ex cauſa? Qui reſpondens ait eis. Non legiſtis, quia qui fecit hominem ab initio: maſculum, ⁊ feminam fecit eos: ⁊ dixit? Propter hoc relinquet homo patrem, ⁊ matrem: ⁊ adherebit vxori ſuę: ⁊ erunt duo in carne vna. Jtaque iam non ſunt duo: ſed vna eſt caro. Quod ergo deus coniunxit: homo non ſeparet.

Miſſę votiuę ſec. Rom. Cu.

De ſancta Trinitate.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Johannem. c. 15

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Cum venerit paracletus quem ego mittam vobis ⁊c. Quęre in miſſa votiua ſecundum ord. Pręd.

De Spiritu ſancto.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Johannem. c. 14

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Si quis diligit me: ⁊c. Quęre in miſſa votiua ſec. ord. Pręd.

De ſancta Cruce.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum. c. 20

In illo tempore. Aſcendens Jeſus hieroſolymam, aſſumpſit duodecim diſcipulos. ⁊c. Quęre in miſſa votiua ſecundum ordinem Prędicatorum.

Sequentia

Digitized by Google

c.1 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam.

In illo tempore. Miſſus eſt angelus gabriel a deo, in ciuitatem galileę, cui nomen nazareth, ad virginē ꝛc. Quęre in miſſa votiua ſecund. ord. Pręedic.

A natiuitate Domini vſq; ad purificationem.

c.11 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam.

In illo tempore. Paſtores loquebantur adinuicem. Tranſeamus vſque bethleem, ꝛ videamus, ꝛc. Quęre ſupra in miſſa in aurora natiuitatis domini.

A purificatione vſque ad paſcha.

c.11 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam.

In illo tempore. Loquente Jeſu ad turbas. ꝛc. Quęre in vigilia Aſſumptionis die 14 Auguſti.

A Paſcha vſque ad Pentecoſten.

c.19 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Johannem.

In illo tempore. Stabant iuxta crucem Jeſu mater eius, ꝛ ſoror matris eius, maria cleophe, ꝛ maria magdalenę. Cū vidiſſet ergo Jeſus matrē, ꝛ diſcipulum ſtantem, quē diligebat, dixit matri ſuę. Mulier, ecce filius tuus. Deinde dixit diſcipulo. Ecce mater tua. Et ex illa hora, accepit eam diſcipulus in ſuam.

A pentecoſte vſque ad aduentum.

c.11 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam.

In illo tempore. Loquente Jeſu ad turbas. ꝛc. Quęre in vigilia aſſumptionis die 14 Auguſti.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Johannem. c. 11

In illo tempore. Dixit martha ad Jeſum, ꝛc. Quęre ſupra pro defunctis ſecund. ord. Prędic.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Johannem. c. 6

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis, ꝛ turbis iudęorum. Omne quod dat mihi pater, ad me veniet: ꝛ eum, qui venit ad me, non eijciam foras. Quia deſcendi de cęlo: non vt faciam voluntatem meã: ſed voluntatem eius qui miſit me. Hęc eſt voluntas eius qui miſit me patris: vt omne quod dedit mihi, non perdam ex eo: ſed reſuſcitem illud in nouiſſimo die. Hęc eſt autem voluntas patris mei qui miſit me: vt omnis qui videt filium, ꝛ credit in eum: habeat vitam ęternã. Et ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Johannem. c. 5

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis, ꝛ turbis iudęorũ. Amen amen dico vobis: quia venit hora, ꝛc. Quęre ſupra pro defunctis ſecund. ord. Prędic.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Johannem. c. 6

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis, ꝛ turbis iudęorum. Ego ſum panis viuus: qui de cęlo deſcendi. Si quis manducauerit ex hoc pane: viuet in ęternum. Et panis quem ego dabo: caro mea eſt pro mundi vita. Litigabant ergo iudęi adinuicẽ dicentes. Quomodo poteſt hic nobis carnem ſuam dare ad mãducandũ? Dixit ergo eis Jeſus. Amen amen dico vobis: niſi manducaueritis carnem filij hominis: ꝛ biberitis eius ſanguinem: non habebitis vitã in vobis. Qui manducat meam carnem: ꝛ bibit meũ ſanguinẽ: habet vitam ęternã. Et ego reſuſcitabo eũ, in nouiſſimo die.

Sequentia

c.19 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Johannem.

In illo tempore. Sciens Jeſus: quia omnia iam con ſummata ſunt: vt conſummaretur ſcriptura dixit. &c. Quere ſupra ſecundum ordinem Prędicatorum.

De Iconia Domini Saluatoris.

c.12 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Johannem.

In illo tempore. Dixit Jeſus turbis iudęorum. Nunc iudicium eſt mundi: nunc princeps mundi huius eijcietur foras. Et ego ſi exaltatus fuero a terra: omnia traham ad me ipſum. Hoc autem dicebat: ſigni ficans qua morte eſſet moriturus. Reſpondit ei turba. Nos audiuimus ex lege: quia chriſtus manet in ęternū. Et quomodo tu dicis: oportet exaltari filiū hominis? Quis eſt iſte filius hominis? Dixit ergo eis Jeſus. Adhuc modicum lumen in vobis eſt. Ambulate dum lucem habetis: vt non tenebrę vos comprehendant. Dum lucem habetis: credite in lucem: vt filij lucis ſitis.

De nomine Jeſu.

c.2 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum.

In illo tempore. Angelus domini apparuit, &c. Quere ſupra in die ſanctorum Innocentium.

De S. Raphaele archangelo.

c.5 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Johannem.

In illo tempore. Erat dies feſtus iudęorum: & aſcendit Jeſus hieroſolymam. Eſt autem hiero ſolymis probatica piſcina, quę cognominatur hebraice bethſaida:

Digitized by Google

bethſaida: quinque porticus habens. In his iacebat multitudo magna languentium, cęcorum, claudorũ, ari dorum: expectantium aquę motum. Angelus autem do mini ſecundum tempus deſcendebat in piſcinam: ⁊ mo uebatur aqua. Et qui prior deſcendiſſet in piſcinã poſt motionem aquę: ſanus fiebat a quacunq; detinebatur infirmitate. Erat autem quidam homo ibi triginta ⁊ octo annos habens in infirmitate ſua. Hunc ergo cum vidiſſet Jeſus iacentem: ⁊ cognouiſſet, quia iam multũ tempus haberet, dixit ei. Uis ſanus fieri? Reſpondit ei languidus. Domine, hominem non habeo: vt cum turbata fuerit aqua, mittat me in piſcinam. Dum ve nio enim ego: alius ante me deſcendit. Dicit ei Jeſus. Surge: tolle grabatum tuum: ⁊ ambula. Et ſtatim ſanus factus eſt homo: ⁊ ſuſtulit grabatũ ſuum: ⁊ ambu labat. Erat autem ſabbatum in illa die. Dicebant er go iudęi illi, qui ſanus factus fuerat. Sabbatum eſt: non licet tibi tollere grabatum tuum. Reſpondit eis. Qui me ſanum fecit: ille mihi dixit. Tolle grabatum tuum: ⁊ ambula. Interrogauerunt ergo eum. Quis eſt ille homo qui dixit tibi: tolle grabatum tuum, ⁊ am bula? Is autem qui ſanus fuerat effectus, neſciebat quis eſſet. Jeſus autem declinauit a turba conſtituta in loco. Poſtea inuenit eum Jeſus in templo: ⁊ dixit illi. Ecce ſanus factus es: iam noli peccare: ne dete rius tibi aliquid contingat. Abijt ille homo: ⁊ nuncia uit iudęis: quia Jeſus eſſet, qui fecit eum ſanum.

Pro vitanda mortalitate.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam. ⁊4

In illo tempore. Surgens Jeſus de ſynagoga, in troiuit in domum ſimonis. ⁊c. Quęre in feria v poſt Dominicam iii Quadrageſimę.

Sequentia

c.19 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum.

In illo tempoꝛe. Acceſſerunt ad Jeſum ⁊c. Quęre in miſſa votiua ſecundum oꝛdinem Pꝛędicatoꝛum.

Pꝛo iter agentibus.

c.10 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum.

In illo tempoꝛe. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Euntes pꝛędicate: dicentes, quia appꝛopinquabit regnum cęloꝛum. In quācunque ciuitatem, vel ſtellum intraueritis: interrogate quis in ea dignus ſit: ⁊ ibi manete donec exeatis. Intrantes autem in domum: ſalutate eam, dicentes. Pax huic domui. Et ſi quidem fuerit domus illa digna: veniet pax veſtra ſuper eam. Sin autem non fuerit digna: pax veſtra ad vos reuertetur. Et quicunque non receperint vos: neque audierint ſermones veſtros: exeuntes de domo, vel de ciuitate, excutite puluerem de pedibus veſtris. Amen dico vobis: tolerabilius erit terrę ſodomoꝛum, ⁊ gomoꝛreoꝛum in die iudicij, quam illi ciuitati.

Pꝛo peccatis.

c.11 Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam.

In illo tempoꝛe. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Petite, ⁊ dabitur vobis: quęrite, ⁊ inuenietis: pulſate, ⁊ aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit: ⁊ qui quęrit, inuenit: ⁊ pulſanti aperietur. Quis autem ex vobis patrem petit panem: nunquid lapidem dabit illi? Aut piſcem: nunquid ſerpentem pꝛo piſce dabit illi? Aut ſi petierit ouum: nunquid poꝛriget illi ſcoꝛpionem? Si ergo vos cum ſitis mali, noſtis bona data dare filijs veſtris: quanto magis pater veſter de cęlo dabit ſpiritum bonum petentibus ſe?

Sequentia

Digitized by Google

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum. c.8

In illo tempore. Cum introiſſet Jeſus capharnaum: acceſſit ad eum centurio, rogans eum, ꝛ dicens. Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, ꝛ male torquetur. Et ait illi Jeſus. Ego veniam: ꝛ curabo eum. Et reſpondens centurio ait. Domine, non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum: ſed tantum dic verbo: ꝛ ſanabitur puer meus. Nam ꝛ ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus, habens ſub me milites: ꝛ dico huic vade, ꝛ vadit: ꝛ alio veni, ꝛ venit: ꝛ ſeruo meo, fac hoc, ꝛ facit. Audiens autem Jeſus miratus eſt: ꝛ ſequentibus ſe dixit. Amen dico vobis: non inueni tantam fidem in iſrael. Dico autem vobis: quod multi ab oriente, ꝛ occidente venient: ꝛ recumbét cum abraham, iſaac, ꝛ iacob, in regno cęlorum: filij autem regni eijcientur in tenebras exteriores. Ibi erit fletus, ꝛ ſtridor dentium. Et dixit Jeſus centurioni. Vade: ꝛ ſicut credidiſti fiat tibi. Et ſanatus eſt puer in illa hora.

Expliciunt Miſſę votiuę, ſecundum
Romanam Curiam.

364420

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Folio book 85

Digitized by Google

Digitized by Google